



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis Gebennensivm Meritissimi

Maupas du Tour, Henri Chauchon de

Coloniæ Ubiorum, 1663

Pars Qvarta. Ab ejus consecratione ad institutionem usque Ordinis
Visitationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42882



VITÆ
B. FRANCISCO
SALESII
PARS QUARTA.

Ab ejus consecratione ad institutionem usque Ordinis Visitationis

CAPUT I.

Redit in Sabaudiam: audito in itinere decessoris obitu, consistit in salesiano castello, ad urgendam consecrationem.

EQUAMUR sanè peregrinum, qui eâ unâ de causâ in itinere facit, ut ad cœlum quando perveniat, quem custodiunt in omnibus viis suis, communis Dei gloriam, cui vivit, movetur, & spirat. Cùm ex Gallia se pereret, rectè factis gravis, jam iter ingressus, cœlestibus nunciis accepit, Claudium illum Granierium mirrimum decessorem, è vivis excessisse. Ut videret, dilexerat, atque ab eodem dilectus erat unicè.

(a) Psalm. 90.

non potuit se continere, quin funderet lacrymas, semper tamen aptus ex divina providentia: tum magnis itineribus eò unde discesserat properans, ad Salesianum castrum post paucos dies pervenit, ad consecrationem se se comparaturus. Dies ipsos viginti seorsim ab aliis eam in rem uni Deo sibiq; vacavit: atque utinam affulgeret scribenti splendor idem, qui beatam illam mentem collustravit toto illo tempore, unde ardor idem in voluntate existeret! sic enim longè perfectius ponere liceret ob legentium oculos, qui tunc sensus famuli Dei fuerint: sed quando quidem non ea lux mentis meæ est, neque stylus tam sublimi pat argumento, mutabor ex ejus schedis, tanquam ex certissimo autographo, quid tunc cum eo actum sit: neq; enim is Franciscus unquam fuit, qui res suas in majus tolleret: semper nativâ ingenuitate contentus, expressit fidelissimè, quæ vel narrabat, vel scribebat: quare ut Solis pulchritudo non nisi ejusdem Solis radiis poni ob oculos potest; sic nemo melius Francisci res, quàm Franciscus ipse describat.

Igitur docet primùm omnium, sic tunc comparandam mentem esse, ut colligat se se animus in interioris sui cubiculum, ad audiendum quid loquatur secretius, Sponsus cœlestis: etenim si fideliter verba loquentis audieris, verborum eorundem mira erit utiq; efficacitas, ex illo videlicet collustratæ mentis lumine proficiens: ac tamen factus jam tum erat ad spiritualia, si et usque Franciscus à Deo, à quo mirum quendam in modum instituuntur quicunque tanti Opificis ductum sequuntur dociles; tametsi jam tum & Deum summè diligebat, & interiori

180 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
ri vitâ singularem quendam in modum afficiebatur, & omni virtutum genere abundabat; tamen ex eo tempore arctior exiit illius cum Deo conjunctio, intimâ quadam cum eo cordis, & mentis & voluntatis conspiratione; ut dicere de illo posses. En Virum plenum Deo, superiorem sensibus & ad imaginem præclarè efformatum Incarnati Dei, hominèsq; suavissimum quendam in modum diligentis! Eum in modum comparatus, consecrationis suæ sinus lastravit omnes, ad consummandum opus Dei, ad quod suavissimis illius perorationibus agebatur, illa cum Psalmographo (b) iterans; *dixit cor meum: exquisivit te facies mea: vultum tuum Domine, requiram: reminiscensque jucundissima lecebræ, quâ inde à tenera ætate tractus in Deo fuerat, & ad obeunda frequenter Sacramenta, suavissimè à Spiritu sancto, atque ad alias excitationes interiores invitatus; Deus, agebat animus jubilans, docuisti me à juventute mea, & usque in senectum pronuntiabo mirabilia tua. (c) Ita dolorem in amoreque positus, hinc quidem irgemiscebat inimicum se Deo ante Baptisum fuisse recogitans illinc in ejusdem amorem exardescere, revolvens animo, quot, quàmque formidolosos casus, eodem Domino Deo subducente declinasset, in quos plerique omnes incidunt: nihil quippe deplorandè magis esse, quàm displicuisse Deo; nihil unde justius amor noster exardescat in Deum, quàm si te autem illius beneficiis cogites antè, quàm quidem ejus causâ feceris, aut omnino facere potueris, & segregatum ab massa peccatorum fuisse. Hinc vultu*

(b) Psal. 26. (c) Psal. 70.

delicet caritate colliquescebat totus, cunctasque in partes mentem versabat, quod deprehenderet quemadmodum gratus esse posset adversus æternum illum, perennemque fontem gratiæ. *Hac nimirum, agebat, exigenda sunt ad pondus sanctuarii: agnoscendumque, dexteram Domini cuncta illa perfocisse.*

Ad conscientiæ verò rationes recognoscendas R. P. Joannem Poterium è Societate Jesu adhibuit; (virum cujus nobis ipsis perspecta virtus est, ministeriaque, in quibus versatus est ad Domini Dei gloriam) ipse tantum doloris sensum ad Confessionem attulit, qui mos est innocentissimorum quorumque, horrentium ad Dei offensiones quantumlibet leves; ut dubium esse nequeat, quin pacis osculum tulerit à Jesu, quale è misericordiæ suæ solio impertiri penitentibus solet, sincerè culpas admittas detestantibus. Erat autem tam altè defixus in Deo, ut per id tempus, diavidios ipsos dies coram divinissimo Sacramento procumbens, immotusque, ad nihil animum adverteret illorum quæ circa se fierent, atque adeò quæ sibi acciderent: tanquam sensus expers impurè muscarum aculeis pungebatur, elicitò nonnunquam sanguine: sed leviores stimuli erant, quàm ut eos persentisceret, cui intus altiora vulnera infligeret sanctus amor; unde ex mente S. Augustini, non mors, sed amor excipiētis: talia videlicet, qualia illa sponsæ; *Caritate vulnerata sum: quem in sensum illud quoque; Psalmographi (d) convertas apud, Emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.* nimirum vulnerū istius generis tanta vis est & efficacitas, ut mentes sanctæ prosternant

M 3

affli-

(d) Psal, 143.

affligantque illorum quibus inferuntur. Eam
 sententiã ipse familiarium cuidam quid in se tracta-
 „ geretur per epistolam sic aperuit: Recognoscere
 „ mentis meæ rationes, inq; inis præcordiis se-
 „ tio enasci novam quandam fiduciam servien-
 „ Deo in sanctitate & iustitia omnibus diebus
 „ meis. Ingentem quandam sensum hausi reser-
 „ plurimarum, ob quas ipsi infinitè debeo: con-
 „ stitui totum me impendere tot agnoscendis
 „ beneficiis, quantã maximã fidelitate potero,
 „ conspectu summæ illius Majestatis veritate
 „ assiduè, cum certa quadam exultatione; ma-
 „ quæ præcipitem impetum habeat, sed, ut mihi
 „ quidem videtur, efficacitatem ad eum dilige-
 „ dum; neque enim amore nostro res ulla crea-
 „ digna est; totus is impendendus Salvatori, qui
 „ toto nos suo persecutus est. Delicias autem
 „ omnes quæ in terris percipi possint sic inque-
 „ ranquam nihilum, præ illo regio amore, con-
 „ causã libenter emori velim, aut certè sic vivere
 „ ut ei soli vivam. Ut longum mihi est, dum
 „ hocce, quo me Deus donavit, illi penitus ad-
 „ rescat, atque in perpetuum! quare finem isti oc-
 „ cupationi impono sic, ut singulariter concen-
 „ scam in pretiosa illa dilectione facere progre-
 „ sus. Ut ad id me comparem, manè quidem
 „ postquam Deum invocavero, eidemque me
 „ caverò, horam totam impendam meditationi
 „ argumento antè delecto. Decurrente die, sep-
 „ numero mentem in Deum attollam, per
 „ bras orationes jaculatorias, prout sanctus Sa-

ritus impulerit. Itēque, quò sanctum Missæ “
 sacrificium peragam religiosius, tempus totum “
 quod antecedit, ponam in considerandis iis, “
 per quæ pietas excitari adversus tantum myste- “
 rium potest, ad eadēq; afficiar quantum pot- “
 ero. Annis singulis secedam ad octiduum, aut “
 etiam ad decem dies, ad examinandos mentis “
 in virtute progressus, propensiones, difficulta- “
 tes si quas parietur, defectus. Nimirum eo in se- “
 celsu cælum spectatur cominus, terra autem de- “
 spicitur, & cum fastidio; ac si quando minùs li- “
 cet piis illis, quos publica negotia distinent, eo “
 bono frui, tum verò imò in pectore cubiculum “
 fabricant, in quo studeant discendæ legi Domi- “
 ni sui, quam tunc tanquam ex ejus manu excipi- “
 ant. Præterea, eo in monte, tam sublimi, ut ad “
 eum pervenire tumultuantium rerum creatu- “
 rum strepitus nequeat, *gustatur quoniam suavis est* “
Dominus. (e) Atque istius generis exercitationi- “
 bus discimus, num quos in virtute facia- “
 mus progressus: uno verbo, illo tempore, illòq; “
 loco capiuntur sancta solidaque consilia vitæ “
 ex veræ æternæque sapientiæ legibus institu- “
 endæ.

(e) Psal, 33.

CAPUT II.

*Dum consecratur, intellectuali visione illum
 dignatur Deus: ex eâ pii motus
 complures profecti.*

NON apud Ægyptios tantum, verabantur Sa-
 cer-

184 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
cerdotes interesse Sacrificiis, dum parte aliqua
corporis vitiatâ laborabant; idem apud Romanos
augures factitabatur, idem apud Hebræos
Nam in lege Moſis jubebantur Sacerdotes lineâ
uti veſtibus; quia linum, quod *sine carnis voluptate*
terra procreatur, caſtitaſis imaginem præfert, inquit
Augustinus. (a) Hæc integritas mentis & corporis
cùm Franciſcum eximio quodam modo ornato
dignus utique is Deo viſus eſt, qui ad tam ſublime
ministerium accederet. Nimirum *unxit illum Deus*
ſuus oleo lætitiæ; ſapientia eque præ confortibus. (b) Nunc
quo die conſecratus Epicoſopus eſt, dum proſtratus
in genua coram Conſecratore, (fuit is Vergerius
ſianus Gribaldus, Archiepiſcopus Vienneniſis) præſentis
cerimonie decurſum opperitur, ecce tibi de
repente cœleſti colluſtratus lumine, ſimul auguſtiſſimam
Trinitatem videt, adſtantibus ſanctis
Deiparâ, ſanctiſque Petro ac Paulo Apoſtoliſ;
ſimul intelligit quæcunque exterius in ſe ab Epicoſo
peragerentur, ea in ſemetipſo intus à Deo per
fici. Videlicet dum Evangeliorum liber humeris
imponebatur, agnovit, deinceps quàm diligent
ſimè incumbendum ſibi eſſe in prædicatione
verbi Dei: dum imponebantur ſibi manus, Spiritum
ſanctum novo quodam modo in ſe illabi, cum
cum donis cœleſtibus, quæ largiretur denuo: dum
adhibebatur unctio capiti, evehi ſe ad eam digni
tatem, ut Chriſtum Jeſum in tetris tanquam in
ipſo ſpectabilem redderet: dum manibus, tribu
ſibi poteſtatem ordinandi Sacerdotes, distribuere

(a) Serm. 207. de tempore. (b) Pſal. 44.

di Indulgentias, clavibusque & thesauris Ecclesiæ
 utendi. Mitrâ indicari, requiri à se, ut ratione re-
 geret sensus exteriores, atque niteretur intelligen-
 tiâ assequi sensum sacrarum literarum, utroque
 Testamento comprehensarum, Chirothecis, fu-
 giendam sibi esse in exercendis bonis operibus,
 inanis gloriæ, popularisque applausûs cupidinem.
 Annulo, id sibi præscribi, ut Gebennensi Ecclesiæ
 fidem inviolatam servaret, constantiâ orthodoxæ
 fidei, pacis copiâ, sincerâ dilectione. Pedum de-
 mique pastorale sibi tradi, ut sustentaret imbecil-
 les, castigaret peccatores, errantes in viam redu-
 ceret. Atque ut divinas illas operationes sem-
 per sequitur consentanea dignitas, facultas, sua-
 vitas; sic insueta illa vis Dei, novum Episcopum
 affecit, extrâque se rapuit, ut vix uteretur sensibus:
 adstantes certè Episcopi quid rei esset ignari, ex eo
 quaesierunt, numnam malè haberet? si cuperet, in
 pauciora contracturos quæ ad sacram cerimoni-
 am pertinerent: at is sibi jam redditus, semper ta-
 men arcanâ illâ suavitate delibutus; cum gratia-
 rum actione precatus est, ne quid mutarent omit-
 terentve. Intereâ mansit altè in animo impressa
 imago Episcopalis dignitatis: ad sesqui-mensem
 nihil aliud revolvere animo; & minima quoq; ad-
 juncta sacri ritûs venerari frequens, nec sine sin-
 gulari quadam obsequantia Pontificalia ornamen-
 ta tanquam insignia sui Apostolatûs, aut attrectare,
 aut tueri. Hunc habitum mentis suæ per id tempus
 sic ipse descripsit;

M 5

Post-

„ Postquam Episcopus consecratus sum, in
 „ quit, secundum Confessionem generalem me-
 „ am, tanquam à consortio discedens Angelorum
 „ atque Sanctorum, quos inter, de vitæ me-
 „ tionibus constitueram, de rebus ad terras
 „ etiam verba faciebam, tanquam hospes
 „ peregrinus; nam me tunc mihi Deus subdi-
 „ rat, adjunxeratque sibi, Deinde populo
 „ me reddidit, sic mutatum, ut cum antea
 „ fuisset, deinceps eorum quos mihi crediderat
 „ essem totus: hoc est, tum, cum me summæ illius
 „ Majestati dicavi, constitui tam sanctè servan-
 „ dum, quam iis, quarum singularem quandam ca-
 „ ritatem impressit mihi, nullâ neque ponenda
 „ ratione, neque rei aliûs cuiusquam exceptione,
 „ nunquam deinceps idem ille sensus me de-
 „ tuerit,

Perge itaque, perge, Vir magne: quò Deus
 te contendit, eò contende, magnis itineribus, quando nullam
 te quietis partem capere sinit zelus tuus, nisi
 quam operosarum profectò occupationum altera
 natio suppeditabit. Sanè nullâ morâ interpositam
 contendit Aneium; ibi tanquam Moses alter,
 ceptus est: nec immeritò, quando è monte
 redibat, populo legem Dei divi-
 nâque mysteria propo-
 siturus.

* * *

CAPU

Vestitus Francisci ratio; domestica disciplina.

SI integritatis morum index ferè esse solet vestis modestia; contraque, si sub juniore Andronico, pro præfagio labantis Imperii habitum est, quòd non modo cultus nitòrque vestium per ea tempora increvit plurimùm, sed etiam Constantinopoli, inducta sensim ab Aulicis est peregrina vestium earundem conformatio ab Latinis, Syris, Phœnicibus arrepta; dici queat à Beato Viro stabilitum in Episcopali familiâ, inque Gebennensi diœcesi Imperium Christi Jesu, unâ cum virtutum omnium Regno, ex eo quòd vestium tum materies, tum forma modestiam spirabat, perinde atquè reliqua domestica disciplina. Noverat nimirum, quòd à S. Thomâ (a) traditum est, vestes viliores ad humiliationem valere: eòque, ut qui iis utitur, alios & verbo & exemplo ad pœnitentiam hortetur. Proinde nunquam veste holoserica usus est: supellex nihil habuit superfluum: lanceas ex argento aut ad cibum, aut ad ornandum abacum nunquam adhibuit, nisi parcissimè, hoc est, quantum decòri ratio, legesque ac jura hospitalitatis postulabant. Certè illud altè retinebat impressum animo, quòd præscribit jus Canonicum, (b) Episcopum debere esse ornatum & virtutibus, & ornatu exteriori, qui consistit in gravitate, incessu, habitu. Ipse quidem quadrigâ carebat, & equis; atque

(a) 2. 2. q. 169. art. 1. ad 2. (b) Distinct. 41.

188 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
atque adeò Davidicum illud usurpare poterat, (C)
Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini
stri magnificabimur. Sacerdotes eleemosynarum præfectos duos habebat : familiam præter
eà sanè modicam : tanti autē faciebat dignitatē Sa
cerdotii, ut nullo modo ferret ex Sacerdotibus
» lū ad munia vilia adhiberi. Ac tamen si, aiebat
» veniet nonnunquā, ut res tales ipsos haud mi
» tūm dedecere videantur ; seu quòd sint in op
» seu quòd humili loco nati ; non tamen cōmiter
» debemus, ut eorum dignitas contemnatur : eg
» quidem sine mœrore ferre nequeo, in ipsis,
» fit passim, id tantūm spectari quòd à natura ha
» bent, aut à genere. Quare nihil quidquam m
sterii ab iis admittebat, quòd ad corpus suum per
tineret : unum tamen præfecerat rationibus pre
ventuum suorum ; quòd eas ipse nullo modo susti
neret attingere : quam quidem in rem illud habe
» bat in ore frequens, Quid ? homo Ægyptius res
» familiarē omnē suam, quanta quanta fuit, cred
» derit Josepho, (d) sic, ut ignoraret quid haberet
» in domo sua ; Christiani res nostras Christiani
» non credamus ? Princeps infidelis sic ser
» confidit, ut eum super totam familiam suam
» constituat ; & quòd magis mirere, in fide excep
» ni hominis prorsus acquiescit : Episcopi, cum
» conscientia quidem nostræ rationes igno
» plerunque hominibus committamus, nullo
» qualicunque cautione adhibitā, rem familia
» rem nulli domesticorum committere aude
» amus ?

(a) Psal. 19. (d) Gen. 39.

Mensa talis, qualem Episcoporum esse vult Concilium Tridentinum, cibus vulgaribus: super eam lectio, ad horæ dimidiæ intervallum, nisi si quis summæ dignitatis Vir adesset aliquando, cuius causâ omittenda tunc quidem censeretur: tempus prandii cœnae ve reliquum, sic ducebatur, ut; aut aliquid ex eâdem lectione sermonem superpediraret, aut pium aliquod aliud sermocinandi argumentum introduceretur.

Hospitalitatem coluit eximiè: semper enim. & domum suam patere voluit hospitiibus, & eos tanta caritatis significatione, tantâque comitate excipere solitus est, ut ingenti gaudio cunctos cumularet. Ita tamen fingebat se se ad uniuscujusque ingenium ut pietatè perpetuò quasi sociam accerseret suavissimæ sermocinationis: sic afferebat unda si remitterent & relaxarent animos, ut unctio- ne sermonis pectora delinente illorum quibuscum agebat, asseverarent iidem, postquam recesserant, se nullam tantam oblectationem animi, ex re alia qualicunque capturos fuisse, quantam ex tanti Præfulis sancta congressione cepissent. Summæ item illi curæ erat, unicuique eam observantiam tribuere, quam cuiusque gradus conditione poscebat: hinc ingens ille numerus eorum, quos eo modo sibi jam devinctos, lucrabatur Deo.

Timebat utique Franciscus Dominum: proinde illud in se expertus est quod Psalmographus (e) cecinit: *Legem statuit ei in viâ quam elegit*: ab ea autem lege nunquam religiosus Antistes discessit, quæ-

(e) Psal. 24.

190 VITÆ B. FRANCISCI SAIËSII
quæcunque tandem opes delatæ sint. Surgebat
quotidie horâ quartâ matutinâ, etiamsi crebra
haud modicam noctis partem in sanctæ caritatis
operibus posuisset; mox horam totam in medita-
do ponebat; post, recitabat horas Canonicas
Sacrificabat quotidie, etiam in itineribus: Con-
fessionem bis quaque hebdomade instituebat
Iunabat in pervigilio festivitatis Christi Domini
Augustæ Deiparæ, SS. Apostolorum: feriâ autem
sextâ & sabbato, adungebat severissimam vete-
rationem sui: hinc enim non minus quam in rebus
aliis, indulgebat sanè liberaliter ardori illi suo
Deo per omnia placendi: quod suâ testificatione
confirmavit Beati Præsulis Confessarius:

Secundùm cœnam, si quando solus erat, audi-
gnosten adhibebat, qui ad horæ unius intervallum
legeret doctrinale quiddam: ex electis argumen-
tum eliciebat peragenda postridie meditatione
peractâ lectione, conveniebant domestici, qui
Litaniarum recitationi interessent: tum instrue-
batur examen conscientiæ, quo primus ipse palam
defungebatur: eo perfecto, secedebat famulorum
quisque ad somnum, à decimâ vespertina ad quin-
tam matutinam: ipse vigilabat ferè longè diutius
Dominicis festisque lucibus intererat in Choro
non modò Missæ principi, sed etiam Horis Canonicis
omnibus; sollemniore diebus, Sacramentum
ipse Pontificali ritu peragebat: anniversariâ autem
die Sanctorum, quorum memoria cultu præcep-
tuo in Templis singulis, aut oppidi, aut suburbano-
rum, nunc hoc, nunc illo, de more celebrabatur
intererat semper divinis officiis & laudationibus
quæ

quæ è sacro suggestu ad eorum Sanctorum decus habebantur, singulari exultantis animi oblectatione in Beato Viro, insigni spectantium utilitate, quibus tam efficacia exempla ad imitandum proponerentur.

Annis aliquot statum illum secessum suum rejiciebat in Bacchanaliorum tempus, quò luctuosam illorum dierum licentiam, probrosam utique Christiano nomini, exemplo condemnaret suo, & particulam aliquam reponeret Domino Deo, honoris illius, qui tam nefarie, tamque indignum in modum tot flagitiis venerando illius Numini adimitur: verùm, cum deinde animadvertisset, commodius à se tantam impietatem coercitum iri, si tunc daret se in hominum consuetudinem; distulit deinceps spiritualia illa Exercitia in id tempus, quò Ascensionem Domini inter, & Pentecosten intercurret, quò se aptius ad interiorem sancti Spiritus in se illapsam compararet. Ecquis verò satis assequatur, quali quantoque pietatis ardore populum ejusdem sancti Spiritus motibus instructum ab ea insania deduceret; quæ spolia detrahetet Tartaro illà tempestate, cui crimina, & hominum depravata opinio tantum malignitatis afflaturæ, ut Lupercalia illa virtutum regnum evertant, tyrannidem vitiorum stabiliant? Cum iis igitur publicis corruptelis, & tam exitialibus bellum indictum habebat, non per hortationes modo, conciones, aliàque opera pietatis, sed etiam noxiis laxamentis innoxia quædam opponendo, cives suos studuit à perulanti illa lascivia sensim sine sensu avocare. Quòd si eveniebat aliquando,

ut

ut proclive profectò erat, ut eosdem extra decem
 officiiq̄ue fines inolitæ tot annos nequitiæ
 abriperet, quantumlibet in contrarium pius Præ-
 sul niteretur; enim verò tunc dolorem vix consola-
 bilem animo capiebat; hunc ipse sic descripsit
 „ epistolam. Adest, ad me quod attinet, tempo-
 „ mœroris: etenim ab Epiphania ad Quadrage-
 „ nam usque, incredibilem in modum angus-
 „ animo, dum reputo tam multa tam piè an-
 „ reliquo obiti solita, nunc derelinqui. Super-
 „ ribus Dominicis duabus, deprehendi eorum
 „ qui ad sacram Synaxin accedere eâ die solent,
 „ media sui parte fuisse numerum imminutum
 „ atque id mihi dolet: nam tametsi in determi-
 „ non prolabantur ii, qui se sacræ mensæ subdant
 „ rant, tamen desierunt bene facere, ea quidem
 „ in parte, & scilicet de nihilo: id verò me pungit
 „ intimè. *Vias tuas, Domine, demonstra nobis: & san-
 „ tias tuas edoce nos. (f)*

Planè in illum non cadebat illud S. Pauli,
 eos, qui cum negligentiores essent, tanti Apostoli
 iudicio ab Episcopatu removendi erant: *Si quis
 mui sua præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentem
 habebit? (g)* contra, in ejus domesticam disciplinam
 conferri laudes eæ omnes possint, quas Regia
 Saba congescit, aptius quàm in illam ipsam regiam
 domum Salomonis. In Beati Præsulis familia
 nil non veram simplicitatem præferbat, moderatam
 stiam, Christianam pietatem. Sacrosancto sacra-
 mento cuncti quotidie intererant: singuli semel
 mense, ipso faciente accedebant ad sacram synaxin

(f) Psal. 24. (g) 1. Tim. 8.

in divinis item Officiis, Dominicis festisque lucibus intererant omnes, crebrò ad Matutinum nominatim: tuncque, horà citiùs solito surgebatur. Aleà interdictum cunctis erat, rixis item, & jurgiis; omnes videres mansuetos, urbanos, ad opera pietatis, atque ad omnem virtutis actionem proclives: quo exemplo mirum in modum proximis prælucebant. Ac tametsi suis omnibus illudenissimè Episcopus cõmendabat, ut honore invicè prævenirent, tamen hoc inculcatum volebat potissimum ei, quem ad missionibus præfecerat: ita ex capitis modestiâ sanctimoniâq; singulari cum familiâ totius pietate conjunctâ existerat in felice illo Episcopio domestica Ecclesia, quam S. Paulus vocat, in qua cum nihil profanum reperire esset, haberes illam, nec immeritò, pro Templo, summo Numini dicato, ubi præcipua quæque Religionis officia usurparentur.

CAPUT IV.

Sacros Ordines confert: Synodum primam instituit, cum documentis salutaribus tum universim, tum ad Confessarios potissimum.

FECIT Franciscus in iis quos sibi Deus regendas tradiderat quod de se ipse Rex Psaltes tradidit: [a] *Pavit eos, in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Cum intelligeret inter partes præcipuas administrandi Episcopatus, unam esse, sufficere sacros Ministros, qui Sacerdotio dignè fungerentur; Ordinationem

N habuit

(a) Psal. 77.

194 VITÆ B. FRANCISCI SALÉSII
habuit Sabbato Quatuor Temporum Quadra-
gesimæ. Cùm Ordinandorum numerus ingens
esset, & aptè quidem ad rem tanti momenti in-
stitutorum; repertus unus, homo peregrinus, igno-
tusque cetera, cui Dominus Deus id contulerat
prærogativæ, ut eum suo conspectu S. Angelus
ad custodiendum ipsum ab eodem Domino Deo
traditus dignaretur. Deprehensum id ex eo, quod
cùm novus ille Sacerdos secundum ordinatio-
nem ex Æde sacrâ exiturus, hæssisset ad Temp-
januam, quasi primas officiosè alicui itidem ex-
paranti deferens; & privatim ex homine ad se ac-
cedere jussu, quæsisset Episcopus, quid id tandem
rei esset? falsus est ingenuus servus Dei, ideo
in limine substituisse, quòd cùm jam diu familiaris
consuetudine frueretur Angeli Custodis sui, illi
haud cunctanter ad eam diem, dum talia incide-
bant, prævisisset; ubi primùm consecratus Sacer-
dos esset, jussus esset ab eodè antecedere: id vero
cùm novum sibi accidisset, & insolens, nõ potuit
facere se, quin cunctaretur. Oblectavit mirum in
modum famulum Dei, observantia ista SS. Ange-
lorum adversus Sacerdotes: proinde quoties ab
inceps Ordinationes habebat, factum inculcabat
Sacerdotii Candidatis, quò dignitatem ipsi futuri
agnoscerent, animadverterentque, quantà de-
veneratione dignum sit Sacerdotium. Ad illud
porrò neminem admittebat, nisi probis probatissimis
que moribus, qui Ecclesiam vitæ exemplo ju-
rent: per se ipse, vel certè per suos, de eorum per-
ticiã cognoscebat, nec oscitanter: utque dono dis-
cretionis spiritu mûrè pollebat, Ecclesiastica Be-

Beneficia minimè conferebat nisi aptis, quos videlicet tum cetera laudes commendarent, tum maximè vocatio; ex singulis propterea sciscitari studiosè solitus, animum mentemque ad sacrum illud ministerium toto ætatis decursu obeundum adjicerent, necne? tum si quem nutantem videbat, nullis adduci se se precibus consanguineorum sinebat; ad promovendum illum: postquam primâ Tonfurâ tales insignierat, demittebat deinde benevolè, alio quo libuisset modo, sibi prospecturos. Certè cum enixè aliquando ab eo instarent viri primarii quidam, ut opimum quoddam Beneficium adolescentulo conferret reluctanti; quòd dicerent curaturos se deinde, ut id ille adolescentulus in alium transferret planè idoneum; negavit præcisè fortis Antistes uoquam quidquam facturum se, quod sanctæ Ecclesiæ institutis adversaretur: perpetuò perstudiosus idem, consecrandi Deo, quos ad id ferri intelligebat, & erectus firmusque animo, adversus pravam ambitionem consanguineorum.

Sanctæ Tridentinæ Synodi Decretis insistebat exactissimè: atque ad eò Curata Beneficia conferebat nunquam, nisi iis, qui post statum examen, cui ipse perpetuò præerat, & eruditione, & morum integritate digniores judicati essent. Et “verò, aiebat, quid æquius, quam rem tanti momenti illis credere, qui minùs abusuri sua illa auctoritate videantur? Sanè si quid valerem gratiâ apud Reges, Principes, Dynastas; auctor temper essem, ut in re Beneficiaria virum bonum, mediocri eruditione, anteponerent doctioribus,

„ oribus, at minùs timoratis: neque ullus gradum
 „ ullam dignitatis in Ecclesia nancifceretur, qui
 „ non iis vitiis careret, per quæ tam graviter con-
 „ cussa est. Omnino, nunquam ad Ecclesiastica-
 „ rum dignitatum gradus adsciscerem, nisi eos,
 „ qui ab eis refugerent, atque ab opulentis reditu-
 „ bus qui inde existunt: quos iis inhiare viderem,
 „ repellerem prorsus. Certè quod ad me proprie
 „ attinet, nullius cuiusquam rei obtentu adduc-
 „ unquam me si vero, ad augendum bonis Eccle-
 „ siæ Sacerdotem ullum, qui non in animarum
 „ salutem invigilet: nam cupidos quidem illos,
 „ quibus nihil aliud propositum est, nisi ut ex
 „ Christi patrimonio opimentur, quis non videret
 „ tam non idoneos esse ad ministrandum altari,
 „ hoc est, ad rem sanctæ fidei promovendam,
 „ quam velificari sibi ambitiosius? quoniam, et
 „ mente S. Apostoli, *querunt quæ sua sunt, non quæ
 „ Jesu Christi.* (b) Quicunque dicitant imple-
 „ das esse vacuas Ecclesiæ sedes, virisque eruditum
 „ impertiendos gradus Ecclesiasticarum dignita-
 „ tum, commodius explicarent sensum animi
 „ sui, si adderent; dum sint iidem humiles spiritu,
 „ gloriæ Domini Dei promovendæ studiosi, ejul-
 „ demque Numen vereantur observantes; *scilicet
 „ entia enim inflat: nec magni fieri debet, nisi sit
 „ fructuosa, & mentium procuratori utilis.*

Vix iniri numerus queat Sacerdotum, Diaconorum,
 Subdiaconorum, quos diversis locis & temporibus ordinavit,
 & per studiosè quidem in-
 stitutos prius, Præter monita, de quibus deinceps
 ubi

[b] Phil. 2.

ubi de Synodo, lectiones ad eos habebat de Offi-
 cio, quid facere quisque Ecclesiastico in statu,
 quid fugere deberet: neque enim sanctus Episco-
 pus inscitiam ignoracionemve rerum hujus gene-
 ris in Ecclesiasticis suæ diœceseos ferebat: quare
 nunquam apud eos de recta morum conformati-
 one disputabat, quin illico brevem hortationem
 ad studendum adjungeret. Qui vestrum, ajec-
 bat, dat se se occupationibus talibus, ut tempus
 præcipiant ad studendum necessarium, simil-
 limè facere mihi videntur, atque illi, qui cum
 stomacho sint calidiore, atque adeò alimento
 solidiore egeant, cibis tamen utuntur leviori-
 bus; ex quo fiat, ut tabescant sensim. Planè illud
 asseverare possum, parùm discriminis inter
 malitiam ignorantiamque intercedere; hanc
 tamen formidolosiore esse, quandoquidem
 non illi tantùm nocet in quo inest, sed Ecclesi-
 astico nomini universim detrimentum ingens
 importat, quod propter inscitiam in contem-
 ptionem vocatur. Quare hortor vehementer,
 fratres mei, ut serio attendatis doctrinæ adipi-
 scendæ: est enim eruditio in Sacerdote tan-
 quam octavum Ecclesiasticæ Hierarchiæ Sa-
 cramentum: neque Ecclesiæ quidquam acci-
 dit funestius, quàm quòd Arca Domini in ma-
 nibus non Levitarum fuit aliquandiu. Eà vide-
 licet arte usa est infelix Gebenna nostra: cum
 enim observasset nos languenti otio deditos,
 uni recitando Breviario dare operam, nulla
 curâ majoris solidiorisve eruditionis quæren-
 dæ; illis simplicitati patrum nostrorum, per-
 suadens

„ suadens incautis, ad ea usque tempora igno-
 „ ratum vulgò fuisse sensum divinarum litera-
 „ rum: ita cum dormiremus, inimicus homo ve-
 „ nit, & in agro Ecclesiae superseminavit zizania,
 „ hoc est, errores in fide, qui nos tam luctuosum in
 „ modum distraxerunt alios ab aliis, qui que in-
 „ cendiam iis locis excitant illud, unde nos
 „ ipsi cum aliis quamplurimis deflagrassetis,
 „ nisi optimus Dominus sub eadem tempora ex-
 „ citasset fortes illos viros, Patres intelligo So-
 „ cietatis Jesu, qui haereticorum impetus re-
 „ derunt, quibus proinde secundum Deum illud
 „ acceptum habere debemus, ut hoc seculo can-
 „ tare Domino gloriosè liceat: (c) *Misericordia De-*
 „ *mini, quia non sumus consumpti* Videlicet coepe-
 „ runt primi omnium magni illi viri, in solâ virtu-
 „ te illius, cuius Nomine honestantur, exitialem
 „ factionem distrahere, eo ipso tempore quo im-
 „ pius Calvinus ex Testamento quod nobis re-
 „ liquit Deus, excludere divinum illud munus
 „ nitebatur, quo Christus ipse donavit Ecclesi-
 „ am, hoc est, sui ipsius corpore, re vera conse-
 „ stente & praesente in sacra Eucharistia. Eam ob
 „ causam illi iidem Societatis Jesu Sacerdotes
 „ vexati ab haereticis, multoque gravius ab iis, qui
 „ se fratres nostros dici volunt, nec tamen fra-
 „ tres sunt, nisi nomine tenus; diras exagitationes
 „ pertulerunt, perferuntque etiamnum, Geben-
 „ nâ utique profectas, nec aliunde: verum invi-
 „ cto animo, zelo intrepido, caritate solida, eru-
 „ ditione, exemploque sanctae & religiosae vitae

con-

(c) *Thren. 3.*

confissi, opperiantur, dum ex sancti Fūdatōris re-
 velatione, qui effrenem illam violentiam ad cē-
 tum ipsos annos protogatum iri denunciavit,
 redeat optata tranquillitas: etenim post illud
 temporis intervallum de errore deque hære-
 triumphanturos, Et verò jam nunc animadverti-
 mus, illorum innocentiam eò minùs attentari,
 quò magis Calvinistica secta decrevit; atq; adeò
 minùs atrociter grassari odiù illud in eos vulgò
 nefariis hæreticorū artibus excitatum. Omnino
 rāquam struthiones sunt, qui ut assiduo labore,
 studioque libros legendo devorant, sic calu-
 mias animo minimè perturbato concoquunt:
 eā viâ, dum infinitas injurias opprobriaque to-
 leranter ferunt, fidem fideique mysteria con-
 stabiliunt: & orbem hodièque, per gravissi-
 mos labores, complent eruditus hominibus, qui
 ubique in expugnanda hære-
 si occupantur. Ut
 ad vos redeam, quandoquidem me vobis divi-
 na providentia nullo meo merito præfecit, E-
 piscopi titulo, & dignitate; hortor vehementer,
 ut strenuè ad studia disciplinarum animum ad-
 jiciatis; quò & doctrina, & morum integritate
 præstantes, irreprehensibiles sitis, (d) parati sem-
 per ad satisfactionem omniposcenti vos rationem de eâ,
 que in vobis est, fide.

Neque tamen satis venerabili Episcopo fuit,
 monita hæc tradidisse: quare ut mentem suam &
 plenius & magnificentius exponeret, Abbates
 omnes, Priores, Canonicos, Parochos dioceseos
 suæ convocavit in Synodum, habendam Anecii, ad

N 4

Cal-

[d) 1. Pet. 3.

Cal. Octob. eò antequam proficiscerentur, per literas monendos Parochos curavit privatim, lostrarent sedulo, ante discessum, Parœciam quæque suam; quisquã re indigeret ad animæ rationes ægroti haberent interea, ad quem Sacramento- rum causa confugerent, & id genus alia. Observarent item, quibus potissimum rebus prospiciendum esset, quò cuncta deinde eorum ad se referrent. Ad dictam diem cuncti cum convenissent, ipse Pontificali ritu Sacrum fecit de Spiritu sancto, ut moesit: tum generalem Processionem instituit. Secuta gravis hortatio, de Ecclesiastica dignitate, deque vitæ sanctimoniam, quam sequi debeat eorum unusquisque, qui singulari Dei munere in Clerum sint coaptati. His peractis, ipse orationem ad conventum habuit, ad id quod agebatur accommodatam imprimis: quanti momenti esset, Synodos identidem institui; per diligentem inquisitionem opus esse ad recognoscendum quid vitandum deinceps in animarum procuratione, quid sectandum esset: proinde conjunctis animis, studiisque, precarentur unã secum omnes à Patre luminum, mittere dignaretur Spiritum sanctum suum de cœlis, qui adstantium regere animos dignaretur, mentes collustrare, corda incendere ad aperienda sincerè cuncta, vel male prætermissa, vel vitiosè transacta, quò apta & conveniens medicina cuique quasi morbo fieret; atque adeò in partem quisque, & communionem veniret interioris exultationis, quam infundere cordibus solet Dominus Deus eorum à quibus aliquid sanctè ad suam gloriam perfectum sit.

Constiti-

CONSTITUTIONES.

Examinate deinde singulis quibusque rebus ad pondus Sanctuarii, ad ea quæ jam seorsim cum primariis ex Clero suo, hominibus magni iudicii & gravitatis, constituerat, alia addidit, unde conflata Decreta quæ subjungemus. Designati sunt imprimis varii, qui variis procurationibus ad debitam Episcopatus administrationem necessariis præsent: iis certæ pensationes attributæ, quod celerius, & gratis scilicet, negotia conficerentur disceptantium eorum, qui alii aliâ de causâ accessuri essent: simul, quoniam plus à quibusdam, variis ex capitibus exigebatur, ut putabant, legitime, quando ita pridem mos invaluerat, ex singulis iis capitibus tantum detraxit, quantum necesse iudicatum, ut ad justam mediocritatem deveniretur: cum præsertim haberent aliunde complures eorum qui ita exigebant, unde tuerentur dignitatem suam, ac statum: quæ Paræciæ Rectoribus carebant, iis idoneos imposuit: designati in Synodo examinatores decem: Deputati Cleri, qui vocantur, duodecim: Decani rurales viginti, omnes doctrinâ & virtute conspicui: iis facultatem dedit dispensandi absolvendique, in multis casibus: decrevit ut Rituale Romanum observaretur, ex forma à Tridentino Concilio præscripta digestum: Methodum composuit ex qua Parochi, Vicarii que singuli Dominicis diebus traderent populo quæ scitu, observatûve necessaria essent. Calendarium ordinari præcepit ad Romani formam: sancivit denique, ut quas regulas quæque Documenta ipse addidisset, ea exactè observarentur.

N 5

Ut

Ut quotannis Visitatio suo nomine institueretur in certo numero Parœciarum : ut qui Parœciarum alique Ecclesiastici, deliquissent, in eos animam verteretur : ut nemo eorum qui se examinandum susterent ad Sacerdotium, ad illud admitteretur nisi literas haberet ab Decano Parœciæ suæ, quibus testaretur iniciandum illum callere exacte ritus Missæ ceremonias, ex ritu Tridentini Concilii : ut nunquam uiderentur, nisi cum iuramento laicali & veste consentanea.

Præscripsit iis quibus animarum cura incumberebat, residentiam, (nisi qua subesset legitima excusatio) propositâ amissione Beneficii: nihil neque directè, neque indirectè pro sacra Communionem exigent : qui secus facerent, in eos severè animam adversum iri.

Obstetrices examinarentur de materia fornicationis que Baptismi : quæ earum hîc per ignorantiam peccarent, iis traderetur modus Baptismi aptè legitimeque conferendi.

Vetuit ne Ecclesiasticus ullus feminam apud se haberet, de qua iusta esse posset suspicio.

Ne quis eorundem quocumque prætextu caponam adiret eo loco, ubi haberet fixum domicilium : alibi, nunquam sine evidenti necessitate ludii ullum genus, etiam si alioqui liciti exercerentur in plateis, compitis, locis publicis : qualitate enim istiusmodi locorum violari publicam honestatem etiam si illius conscientia qui ludat, nullum aliter quin detrimentum importaretur.

Interdixit eo genere venationis, quod sine clamore & strepitu exerceri nequeat, cum scloporum

delicet, & canibus: verbis item sine sensu, characteribus, signis superstitiosis, adjurationibus contra tempestatem. Vetuit item, ne in Exorcismo jubetur unquam teter dæmon edere nomina sagorum aut maleficorum, aut peccatum ullum quod suæ, quocunque evulgare.

Præcepit sibi significari de Sacerdotibus, quorum vitæ morumque emendatio desperata esset: de laicis qui circa festum Paschatis diem non communicassent, in sua Parœcia, nisi legitimam dispensationem intra octiduum proferrent, ut debent: deque Sacerdote qui talibus sanctam Eucharistiam porrexisset: laici tales, pro hæreticis habentur.

Curaretur omnino Catechetica doctrina: in eadem tradenda uterentur Parochi Catechismo breviori Roberti Bellarmini Cardinalis, in omnibus diœcesibus Parœciis. Si minùs rei tam necessariæ dare operam per se ipsi Parochi nequirent, per alios id facere ne prætermitterent, & viros quidem doctos, juxta methodum, quam scriptam ipse vulgasset, quamque observasset Anecii, diebus Dominicis: curarent item Processiones celebrari, aliâque observari quæ ibidem ipse constituisset: puta, de nominibus Sanctorum sortitione edendis, ad quos eo anno potissimum confugeretur, ut quodque cuique obtigisset: de sacrosanctæ Crucis signo imprimendo fronti, deq; actu contritionis frequentando ad horas singulas, ad pulsus horologii, quo quisque ab insidiis leonis rugientis sibi caveat, qui circummeat assiduè quærens quem devoret.

Significavit præterea, cupere se in unaquaque diœce-

diœceseos Ecclesia à Parochis accurari, vel propriis, vel alienis impendiis, tum Tabernacula, tum pyxides affabrè factas, ad sacrum Domini Corporis decorè asservandam, convenienterque suppetentius Majestati, qui ad Altaria causâ nostrâ adfuerit dignatur; eorum impendiorum in parte ipse venit ultro, suppeditans de suo, Paucioribus, argenteæ suppellectilis aliquid, vel item ad ornatum Altarium, ministrorumque Ecclesiæ: potissimum autem zelus ejus in Cathedrali Ecclesia sua decoranda, & sacra suppellectilia genda enituit.

Constituit, ut quintâ quaque feriâ, quæ proprio Officio vacaret, fieret rotâ Diœcesi de SS. Sacramento: id quoties fieret, deferretur sacrum Jesu Christi Corpus sub umbella, quo ritu fieri solent Processiones tales, eademque cerimonia: quin etiam suâ ipse manu conscripsit quæ tunc observanda essent: quoniam, agebat, curandum profusè, qua in Provincia adeò neglecta fuisset ejusdem Sacramenti adoratio, in ea triumphus ejusdem magnificentius religiosiusque celebraretur.

Libellum scripsit ad instituendos Confessarios, qui quidem tam utilis progrediente die aestimatus est, ut hodièque Confessariorum manibus retinetur non Gebennensis modò diœcesis, sed etiam aliorum plerorumque, atque adeò in plures linguas versus sit: quare illius epitomen sequenti capite trademus.

Denique vehementer hortatus est Diœcesanos suos, ad seriam exactamque observationem Constitutionum, Decretorum, Instructionum à se tra-

dirarum: severè interdicens, ne quid iis contrarium,
 quocunque tandem obtentu usurparetur. Ete-
 nim apud exemplum secuti, aiebat, ex variis flo-
 ribus, hoc est, ex variis Canonibus, Decretis, do-
 cumentis favi hujus mel confecimus, ad docen-
 das Ecclesiasticas personas, quemadmodum
 piè & religiosè colere dies festos possint, Cano-
 nicum Officium rite exolvere, partèsq; alias
 tanti muneris aptè explere. Ita in Ecclesiis no-
 stris benedicemus Domino universi, non tan-
 tum eadem fide, sed etiam eodem ore, & vultu
 pari: & juxta præceptum Apostoli, *(e) omnia ho-*
nestè, & secundum ordinem fient.

Ut verò hæc stabilita immotàque essent, jussit
 eorum exemplaria affigi in uniuscujusque Ecclesiæ
 Sacristia, quò perlegi ab quoque facillè possent:
 tum quòtaanis statæ Synodi tempore ad illa ad-
 debat aliquid, prout opus esse monebat necessita-
 tis ratio. Ita in eum tanquam in absolutissimæ per-
 fectionis speculum intuebatur è Clero quilibet:
 unde non mirum, si Clerum reliquit eò usque pie-
 tate, disciplinâ, eruditione, virtute florentem, ut
 pro exemplari fuerit iis omnibus, qui ad Domini
 Dei gloriam Ecclesiastico ministerio per id tem-
 pus defungebantur.

Ceterum ita inde usque à primis temporibus
 affluerant pii, ut ex mente sancti Psalmogra-
 phi, *(f) decorem domûs Dei semper dilexerunt*: quippe
 qui intelligerent, se hîc Deo gratificari, qui Tem-
 plorum ornatu delectetur. Et verò cur *Beseleelens*
illius filium Uri implevit Dominus spiritu Dei, sapientiâ

Cor. 14.

(e) 1. Cor. 14. (f) Psal. 25.

206 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
& intelligentia & scientia in omni opere, (g) nisi ad
cogitanda, perficiendâque ea, quæ Tabernaculo
deinde condecorârunt? cur S. Hieronymus
Heliodorum scribens, tot tantâsque laudes
jicit in Nepotianum, cujus operâ & mundum
crarum Aedium pavementum esset, & altaria
gni ornatu fulgerent? In eandemque sententiam
tradit S. Thomas, (h) idcirco in lege veteri oportuit
ut aliqua specialia tempora, & speciale tabernaculum
specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Dei ordi-
rentur; ut per hoc, animi hominum ad majorem Deum
reverentiam adducerentur: unde etiam hominum
suetudo inoleverit, ut Reges, & Principes, quos oportet
reverentia haberi à subditis, speciosioribus vestibus orna-
tur, & etiam ampliores & pulciores habitationes possi-
ant. Denique observavit doctissimus Scriptorum
narium Ecclesiasticorum, (i) inde usque à primi-
diis nascentis Ecclesiæ sacras Aedes instructas fu-
pretiosâ suppellectili, vasisque ex auro & argenteo
ad Altaris ministeria, etiam se viente persecutio-
Quæ si ita habent, quam tandem, quamque
ram rationem exacturus est aliquando super-
Judex ab negligentibus illis vel populis, vel Sa-
dotibus, quibus in altissima pace Ecclesiæ, eorum
Templorum altariumve exornatio vilis est?

(g) Exod. 31. (h) 1. 2. q. 102. art. 4. c. (i) Barthelemy
ann. Christi 57. n. 122.

CAPIT V.

*Monita ad Confessarios, ejusdem Synodi
occasione.*

» **C**ONSTITUTI estis à Deo, aiebat, fratres
» dilecti (a) 104

dilectissimi, ad iudicia exercenda in animas, & ce
 tanta quidem auctoritate, ut quæ in terris justè ce
 & legitimè statueritis, rata fixaque in cælo sint. ce

Est os vestrum tanquam canalis, unde pax in ce
 homines bonæ voluntatis defluit: vox vestra, ce
 tanquam tuba magni Jesu, quæ muros evertat ce
 Jericho, hoc est, iniquitatis. Est profectò, est in- ce
 finitæ cujusdam dignitatis, homines ad tantum ce
 munus acciri, quo ne Angelos quidem dignatus ce
 Dominus est: cui enim Angelorū dixit aliquan- ce
 do id quod tum Apostolus, tum eorum successo- ce
 ribus declaratum esse voluit, (a) *Accipite Spiritum* ce
sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis? ce

Dum ad confessiones audiendas acceditis, lo- ce
 cum in Templo deligite sublimem: ibi consti- ce
 dete cum toga talari, superpelliceo, & stolâ, te- ce
 sti pileo clericali, cum suavi quadam majestate, ce
 gravitateque tam constanti, ut eodem semper ce
 vultu, eadem fronte sitis; ne, si quid de illo ha- ce
 bitu mutetis, suspicari circumstantes queant, in- ce
 gestum vobis à confitente quidpiam fuisse mo- ce
 lestum, grave, & execrandum. ce

Cavete imprimis, ne verbis asperioribus ex- ce
 cipiatis pœnitentes; etenim tam aulteri non ce
 nunquam sumus in corripiendo, ut culpabilio- ce
 res esse videamur, quàm illi ipsi quos arguimus. ce
 Non id placitum Domino Deo: queritur potius, ce
 ob nimiam severitatem ministrorum suorum, ce
 solitudinem ad Altaria existere, victimam nul- ce
 lam sibi adoleri. *Cum austeritate (inquit nos com- ce
 pellans) imperabatis eis, cum potentia; & disperse ce
 sunt* ce

(a) Ioan. 20.

„ sunt oves meae. (b) Nunquam profectò Dominus
 „ Jesus homines ad audiendas confessiones ad-
 „ hibuisset, nisi èt ipsi peccatores fuissent: cum
 „ sint igitur peccatores, debent quoque humilitate
 „ et studere & mansuetudini, & ad ea descendere
 „ ad quæ pœnitentium utilitas trahit. Et tamen
 „ non id observant Directores, maximam peccato-
 „ rem: idque miror vehementer: nam lapis qui
 „ dem Lydius ad explorandum quàm sit ad
 „ muneris aptus Confessarius, est, ut eorum qui
 „ ad se accedunt, peccatorum miseratione tra-
 „ gatur, sibi minimè parcat. *Vera justitia compas-*
 „ *ionem habet*, inquit S. Gregorius; (c) *falsa justitia*
 „ *dignationem*. Et in lege quidem gratiæ, nihil
 „ suave: similis est iracundia Christi, æstivis in-
 „ tribus, qui terram vix attingunt. Filius Dei
 „ tus est ex misericordiâ constitutus: atque idcirco
 „ potissimum humanos artus induit, ut jam
 „ ferocis, misericordem naturam ad se converteret
 „ sibi. Eam ob rem nimirum, divinitati suæ copu-
 „ lavit animam, ut morsum dolorum possit
 „ su experiri; corpus, ut fratribus suis assimilaretur
 „ tur, iisdemque condolere cum suavitate possit.
 „ Non id tamen miserationis genus intelligo, quod
 „ qui laborant, *sub omni cubito pulvillos consuunt*,
 „ & adversus crimina, criminolosque indulgentiores
 „ sunt: absit illud tantum volo, ut quantum
 „ quisque vel facere, vel ferre possit dispiciamus
 „ demusque aliquid non malitiæ, sed imbecillitatis
 „ ti hominum. Si potèrò vulgò non ferunt ob-
 „

(b) Ezech. 34. (c) Homil. 34. in Evangel. (d)
 Ezech. 13.

purgationes asperiores : contra volunt secum
 agi comitei; & cā profectò est natura hominū.
 Proinde ad eos regendos sanctā quadam indu-
 striā opus est: hæc verò cum incidūt, ducem quē
 sequamur, non habemus, nisi nostram ipsorum
 conscientiam.

Reputate vobiscū, vos ab iis qui confessionis
 causā accedunt, patres vocari: gerite ergo cor
 in eos paternum; & cum caritate, ipsorum ru-
 sticitatem, inscitiam, imbecillitatem, stupidita-
 tem, aliāque id genus tolerate. Et prodigi qui-
 dem illius Evāgelici pater non propterea refu-
 git à filio, quod pædore atque illūvie perditus
 redibat: quin, ejus causā fundit lacrimas, am-
 plexatur miserum, figit oscula: quippe pater
 erat. Itaque si quem videritis pudore ac vere-
 cundiā deterritum, ejus animam confirmate,
 illud persuadere nitentes, minimè novum vo-
 bis accidere, quòd peccent homines: per con-
 fessionem illis longè plus honoris accedere,
 quàm per peccatum decessisset: neque Deum,
 neque Confessarium de iis æstimate juxta id
 quod fuerunt, sed juxta id quod esse incipiunt:
 peccata porò in confessione sic sepeliri, ut nul-
 la deinceps de iis mentio unquam fiat.

Sin impudentes nacti fueritis, audacesque &
 confidentes; tum illud inculcate acriter, reco-
 gitent se non tam ad pedes vestros stratos esse,
 quàm coram supremi Dei Numine consistere
 reos: agi de ipsorum salute sempiternā: ratio-
 nem ab iis exactam iri severissimè quā die è
 vita excedent, confessionum institutarum per-
 peram

peram: in absolutione, pretium sanguinis Jesu

» Christi patientis impendi.

» Quòd si contrà, timidiore erunt, dejecti, de

» sua ipsorù salute diffidētes; ponite iis ob oculos

» Dominum Deum singularem quemdã in modis

» reorù pœnitentiã oblectari: quantò misericors

» sumus, eò ipsius misericordiam amplius magni

» ficari: etiam si ipsi nostris manibus Jesum affe

» issemus Cruci, futurum tamen fuisse, ut totius

» iuris voluntariã oblivione sepultis, pro nobis

» preces supplicationesque ad Patrem funderet

» dæmonum ipsorum, & hominum æternis illis

» ignibus jam addictorum peccata à Deo con

» donatum iri, siquidem ullo modo dolere de

» perpetratis possent: à nobis verò nequire in

» riam graviolem in Domini Dei bonitatem, aut

» in Passionem Jesu Christi proficisci, quàm

» in dubium vocemus, num peccata nostra re

» mittantur in Sacramento Pœnitentiæ, quod in

» abolendis ab eodem institutum est.

» Si perplexâ mente erunt, aut verecundabuntur

» tur ex eo, quòd se ipsi satis examinare neque

» ant, aut modum adhuc ignorent confessionis

» rite instituendæ; confirmandi sunt, inque spe

» adducendi, fore ut suppleant vobis quæ alio

» qui de futura essent, futura denique sit plena,

» sanctâque confessio: tuncque adhibenda portio

» simùm erit tum caritas, tum cautio circa pecca

» ta quæ ruborem injicere reo solent, sic, ut mo

» rostras ablegetur, abstinèaturque verbis quasi

» invidiosis, quibus commoveri se nimium e

» culpatum atrocitate Confessarius præ se ferat;

con-

contra, illud inculcet, peccata quidem turpia
 esse dum perpetrantur, dum autem proponun-
 tur in sancta homologesi, honestari & mutari in
 gemmas. Quod si tanquam sepia atramento
 suo, sic se ipsi involvant narratione rerum non
 necessariorum, unde quadam ex parte gravita-
 tem culparum elevent; expectandum toleran-
 ter, dum finem loquendi fecerint: mox jubendi
 distinctius declarare, qua in re peccatum posi-
 tum sit: ponendumque ob oculos, sine graviori
 tamen objurgatione, quam longè à Christiana
 perfectione absint, qui peccatis suis quasi ve-
 lum obtendant, ea tam parùm aptè extenuan-
 do, aut excusando.

Si ægrius se ipsi incusent, ita ut vix quidquam
 promant nisi interrogati, Confessarii partes
 erunt, interrogare sic, ut initium faciat ab ad-
 junctis levioribus peccatorum, quorum expli-
 cationem pleniorè à confitentibus expectat:
 percontetur, verbi causâ, primùm, num dele-
 ctati fuerint audiendis sermonibus, in quibus
 aliquid periculi inesset? tum paulatim descen-
 dat ad cogitationes, ad desideria, ad consen-
 sum ad opus: ubi mentem suam planè explica-
 bunt, Confessarii erit animos addere, hortari-
 que ad progrediendum ulteriùs. Gratuletur
 ipsis aliquando, in hæc, aut similia verba, Te
 verò felicem, qui, ut par est, culpas aperias! Tan-
 git utique præcordia tua Spiritus sanctus: bono
 animo esto: adjuge generosè quæ declaranda
 supersunt: solabitur te plurimùm in morte hæc
 cogitatio, tantâ animi demissione confessum te

„ esse peccata: benedicat tibi Dominus! nunc de
 „ mum animò idoneè comparato esse incipit
 „ confessionem rite & salutariter perficiendam
 „ Quos verò terrent impotentius crimina atro
 „ ciora, magia, cædes, & execranda talia; ii erige
 „ di sunt fiducia divinæ misericordiæ, in
 „ majoris, ad concedendam veniam quàm pe
 „ cata cuncta, si tot tamque gravia ipsi commi
 „ sissent, quot quàmque atrocia mortales usquam
 „ omnès ad damnationem promerendam: et
 „ in rem pollicetur, te, si quid poteris, opitulato
 „ rum apud Deum.

„ Observanda præterea duo: alterum, ut que
 „ absolvere non poteritis, eos dimittatis bene
 „ volè, adhibitâ aliquâ consolatione, monend
 „ ut ad eos adeant, quibus hæc facultas concessa
 „ est autem numerus talium non exiguus, in
 „ omnibus partibus nostræ hujusce Diocæses
 „ actametsi illi ipsi absolvere non possint à car
 „ bus Papæ reservatis, indicabunt tamen quibus
 „ facto opus sit ad absolutionem impetrandam.

„ Alterum: in mortis articulo, Sacerdotem
 „ quemlibet seu approbatus fuerit, seu non
 „ approbatus, absolvere debere ab omnibus
 „ omnino peccatis. Item, si æger Confessari
 „ um petierit, etiamsi inter eas moras vox eum
 „ defecerit, atque adeò cognitio, absolvendus
 „ tamen erit: quòd si æger jam linguæ usû destit
 „ tus Sacerdotem quidem non petierit, sed t
 „ men præsentem videns, signum aliquod dede
 „ rit, unde deprehendatur absolutionem ipsam
 „ postulare, absolvendus pariter est.

Pœnitentiæ injungendæ valdè moderatæ esse debent, & iis verbis imponendæ, quæ mansuetudinem consolationemque spirent; percontando verbi gratiâ : Num hæc aut illa libenter facturus es? exigit quidem certè peccatorum tuorum atrocitas, longè graviora. Neque debent admisceri res variæ peragenda; sed omnes unius ejusdemque generis sint; alioqui subrepat oblitio. Indicatur recitatio Orationis Dominicæ certo numero; Psalmi plures, & quos facilè sit reperire: alioqui avocatur recitantis attentio: nonnunquam lectio ex libro aliquo, quæ ipsis ad emendationem profutura esse videatur: confiteri in annum, semel singulis mensibus: Sodalitatem aliquam, aut Confraternitatem injungere: & alia id genus, quæ simul pœnitentiæ, simul medicinæ loco esse possint.

Ex consiliis quæ dari tunc salutariter possunt, debentque, hæc ferè præcipua: obeant crebro Pœnitentiæ Eucharistiæque Sacramenta: eligant Confessarium, virum bonum eruditumque, cui ordinariè conscientiam aperiant: intersint concionibus; lectioni piorum librorum dēt operam: à pravorum consuetudine refugiant, in bonorum familiaritatem se se insinuent: crebro preces fundant ad Deum: meditari assuescant, novissima præsertim quatuor, Mortem, Judicium extremum, pœnas sempiternas, vitam beatam.

Denique, antequam absolveris pœnitentem, monendus est de eliciendo actu contritionis: absolutio autem verba sono quàm distinctis-

„ sūmo pronuncianda, prætermisā, si lubebit
 „ quod quidem ad illos attinet, qui frequenter
 „ confitentur, precandi formulā, quæ præmittitur
 „ da, quæque post usurpanda, proponitur: quæ
 „ ipsum usurpari potest quoties ob pœnitentiam
 „ multitudinem, angustius tempus est, quam
 „ hæc formula precandi toties iterari commo-
 „ queat: quod ipsum dum incidit, præstat ut sit
 „ mulam *Confiteor*, recitent, dum ad latus alterum
 „ pœnitentem audit Confessarius: sic enim ob-
 „ que ulla vitiosa omissione, parcitur tempori.

Ceterum eum ad modum novæ Legis confes-
 sioni præcinebant olim Levitæ, dum quater sin-
 gulis lucibus, primum quidem prædicabant virtutes
 bilia Dei, mox incusabant se se.

CAPUT VI.

*Indicia quadam Confessarius ab eodem tra-
 dita, ad discretionem spiri-
 tuum.*

Qui adheret Domino, unus spiritus est, inquit Apo-
 stolus; (a) Dei ergo spiritum habere necesse
 est, ut agnoscere queas, num quæ in humanarum
 mentium arcano recessu geruntur, à Deo sint. Et
 id planè beneficium summæ Majestatis singulariter
 quod perpaucis tribuitur. Et tamen ex mente S.
 Bernardi; res æqualis periculi plena est, ignorare
 num accedat recedatve idem Dei spiritus. Nam
 si ignores quandònam recedat, patebis fraudi Sa-
 tanæ; si nescias quandònam accedat, ingratus eris

(a) I. Cor. 6.

infelixque, qui non noveris tempus visitationis tuæ. Proinde quæ sequuntur in rem tuam transfer ipse, tum serva eadem ad regendos tuò eos, quos ad te Dominus in viâ spiritûs instituendos miserit. De tota ergò te, sic Beatus Antistes.

Si vos, fratres dilectissimi, vocavit Deus ad dirigendas animas, poscite ab eo assiduè, mentem vestram suo lumine collustrare ne dedignetur; quò agnoscere certò possitis, quæ veræ sint illius in mentibus operationes. Quare si quos dirigendos suscepistis, quibus Dominus Deus dona istiusmodi extraordinaria sublimiâque impertiat, observate,

Num ii, in explicandis sacris literis, magis propendeant ad sensum locorum ejusmodi minus receptum, quàm ad communior, qui quidem hoc ipso quòd communior, tutior est; est enim germanus legitimusque sensus sacram literarum regula potissima animarum in via Dei deducendarum.

Secundò, ejusdem spiritûs est, injicere mentibus quas occupat, hinc metum ingentem, illinc ingentem item fiduciam; alter ex cognitione propriæ imbecillitatis proficiscitur, ex sancto amore altera. Satanas contra, ad alta quæque incitat, & ad elatiores quosdam de virtute sensus; itémque persuadere nititur, statum in quo versere, virtute utique niti: proinde acquiescere posse te, in iis, quæ parva jam tuo labore, tuâque industria habeas, inque bonis operibus quæ exerceas.

Tertiò. Verùm Lydius lapis ad explorandas

„ Spiritûs utriusque operationes , atque ad agnos-
 „ scendum quid differat is , qui jam aliquos in vi-
 „ tute progressus fecit , ab eo qui primulùm vi-
 „ virtutis insistit; alacritas est ad dura perpetienda
 „ Etenim perversi quidem deteriores calamitates
 „ fiunt , & adversus sanctam Domini Dei provi-
 „ dentiam obmurmurant : tyrones in virtute
 „ rebus asperis refugiunt: tum, eos propriâ imbe-
 „ cillitatis piget: ex quo etiam illud consequitur
 „ ut sibi deinde irascantur impotentiùs: qui verò
 „ nonnullos jam in virtute progressus fecerunt
 „ Crucem trahunt illi quidem in initio: mox tamen
 „ ubi tantisper suspexerunt in JESUM CHRISTUM
 „ Calvariam versùs, ferentem suam, eandem col-
 „ lunt, viribùsque & animis resumptis, constan-
 „ unt, æquo animo divinæ providentiæ acquies-
 „ scere. Perfecti autem, volucres hoc quidem la-
 „ culo Phœnice rariotes, non modò animo
 „ obfirmant adversus opprobria, infestationes
 „ calumnias, dum instant; sed etiam iisdem even-
 „ obviàm, absque temeritate tamen, ad eaque
 „ cuncta accurrunt tanquam ad jucundissimas
 „ epulas: cum eo, ut prætereà indignos se judicent
 „ qui ex iis insignibus agnoscantur pro famulis
 „ domesticis Dei.

„ Quartò. Est etiam indicium Spiritûs Dei præ-
 „ stans, comitas & miseratio proximi, tum verò
 „ maximè, cum miser ille, quisquis est, propius
 „ abest ab extrema infelicitate, ac tantum non
 „ justitiæ vindice opprimitur, quasi diruti ædificii
 „ parietinis, ac jam jamque obruendus. Contra
 „ indicium est Spiritûs nequam, illudentis animæ
 „ deceptæ.

deceptæ, zeli nescio cuius obtentu, in deterio-
rem partem iudicare severiùs de omnibus, &
ad durio rem animadversionem ferri, nullâ cle-
mentiâ, nullâ miseratione.

Quintò. Signum item est placere Deo sacri-
ficium animæ illius, quæ non à via virtutis de-
clinat, quantæcunque occurrant in illa quæren-
da difficultates. Ut enim nunquam infinita illa
bonitas flammæum gladium intentat minaciter,
ad arendam animam ab cœli ingressu; sic tan-
tâ gratiâ, tanto robore, tantâ suavitate imperti-
tur eos, qui ad se in simplicitate cordis accedunt,
ut quæcunque acerbitates, ærumnæ, cruces fe-
rendæ occurrant, semper existiment præclarè
secum agi, quos dignos Dominus Deus inven-
it, qui aliquid suâ causâ tolerant. Contrâ, spi-
ritus nequam objicit iis, qui ad Deum ten-
dunt, formidolosos ab eo terrores, quasi in id
semper immineat, ut pœnas ab ipsis reperat de
levissimis quibusque defectibus: obtendit iis
iracundiam, severitatemque extremam in eo,
qui nullum mortaliùm ad se clamantem audire
potest, quin opem ferat continuò, quique vel
unâ lacrymulâ ex corde contrito elicitâ expu-
gnari se sinat. Atque advertite, quæ sit adverfa-
ri nostri versutia: dum miseros ad peccandum
solicitat, Deum illis fingit non inermem modò,
sed propè sine manibus: ubi perpetratum pec-
catum est, tum verò velificatione mutatâ, eun-
dem ipsis objicit fulgure flammisque infestum
undique, & tantùm non jaculantem ignes, unde
iplos redigat in favillam.

O 5

Sextò.

„ Sextò. Expendite item, num tales magni
 „ de se sentiant, deque donis Dei sibi tribu-
 „ gratias ab eodem Deo concessas aliis aut
 „ vando, aut etiam pro suspectis habendo: neque
 „ enim certius ullum indicium est sanctitatis
 „ quàm si ea altissimâ quadam despicientiâ super-
 „ ardenti caritate tanquam fundamento nitantur.
 „ Ceterùm, exterius quidem operationes super-
 „ naturales proficisci æquè ab hypocritis, & a San-
 „ ctis possunt: ex humilitate cordis, earum soli-
 „ ditas veritasque metienda, ex S. Bernardi pe-
 „ nunciato.

„ Septimò. Ii verò quibus certò illudit Sa-
 „ nas, de se prædicant tam confidenter, ut si-
 „ jungere dictis illorum, fidem velis, Deum ipsi
 „ pro vade habeant. Ad eos quòd attinet, obli-
 „ vate per diligentem quibus verbis exprimitur
 „ quæ persuasa vobis velint, & ingenti cautela
 „ quæ afferent excipite. Dicent puta: Mihi per-
 „ spectum exploratumque est, quid à me ve-
 „ Deus: idem admonet te per os meum, de iis quæ
 „ te facere oporteat ut salvus sis: hæc fac aucto-
 „ me: eventum apud Deum præstabo. Hæc, &
 „ genus alia, si fortè ab eorum aliquo audientibus
 „ quæ designant multum eos videre à quibus
 „ pronunciantur, quasi eorum *conversatio sit in celis*
 „ vestrum erit prudenter æstimare, num eorum
 „ facta istis collustrationibus respondeant.

„ Octavò. Animadvertite item, qua animi
 „ quietate homines istius generis excipiant quæ
 „ eos de lapsibus aliorum referuntur: num ad cau-
 „ rerum commemorationem, indignationem hor-
 „ roremque præ se ferant potius, quàm commu-

ferationem. Etenim falsi & adulterini zeli est, ad proximorum vitia excandescere, & eorum defectus, nisi necessariâ de causâ propalare. Nimirum isti præposterè rerum suarum amatores, ita ferè comparati sunt, ut dum aliena peccata evulgant, ingeneratam velint in mentibus audientium de suis ipsorum rectè factis admirationem.

Nondò. Observate prætereà, num iidem, dum de Deo rebûsque divinis memorant, verba affectent ab usu loquendi communi remota, quasi indicantes, fieri nequire, quin erumpat ignis ille, ex eâque scintilla cognosci posse, qualis quantâque flamma eorum in præcordiis exstuet.

Decimò. Ad discernendum etiam, num isti verè agantur à Deo, num quæ dona se ab eo jactant accepisse, ab illo re verâ sint; explore, num suo ipsorum judicio adhærescant, num propriæ voluntatis sint retinentiores, eorumque ipsorum munerum, quæ divina esse prædicant, amantiores; an contrâ, fluctuent animo, & scrupulo aliquo, ac dubitatione tangantur, donec accesserit sententia tum Directorum, tum viro- rum aliorum eruditione & pietatis laude insignium, quorum ductum sequantur, & quorum ad opinionem suam ipsi flectant. Humiles enim potissimùm diligit & fovet Spiritus S. is autè unicè summissione delectatur, & obedientiâ; utpote pacis & concordia princeps: contrâ, spiritus superbiæ mentem opplet confidentiâ sui; & quos in fraudem agere nititur, eis ferociam,

» rociam, contumaciam, obstinationem in se
 » suscepta sententia ingenerat : facileque
 » perluadet, eos qui sana consilia salutariâq; pro
 » ponunt, livore duci potius, quàm caritate: atque
 » istius generis est Novatorum ingenium.

» Undecimò. Denique videndum, num iudei
 » Christianam simplicitatem sinceritatémque
 » verbis factisque sequantur; num aveant illa quæ
 » putant Dei dona absque justa & legitima causa
 » proferre : num ea concupiscant, quæ habent
 » estimationem in vulgus.

» Duodecimò, Contrà, Pater luminum, sensum
 » suos mèribus quas agit, sensim sine sensu insinuat,
 » at, descenditque sicut pluvia in vellus, placidè illu-
 » bens animis. Et observat quidem S. Joannes
 » Chrysostronus, legem datam à Deo Hebræis
 » cum terrore, cumque fragore & tonitru fuisse
 » quòd ageret cum hominibus refractariis, qui
 » ac ne vix quidem, nisi intentata formido esse
 » paruissent : Dominum autem JESUM ad Apo-
 » stolos suos penetrasse sine strepitu; quòd doctri-
 » nae liores essent, minùsque in notitia mysteriorum
 » Dei rudes: quanquam etiam in adventu Spiritus
 » sancti sonus factus est : verùm, id ordinatum
 » esse Judæorum causâ.

Atque hæc est *Ars artium*, quam vocat S. Gre-
 gorius, *regimen animarum* videlicet; quæ quidem
 procuratio non modò S. Bernardum terrebat et
 usque, ut omni gladio omnique veneno periculo-
 sus duceret, ad eam sese sine legitima vocatione
 obtrudere; sed etiam tantum metum S. Paulo ob-
 ferebat, ut est ab eodem Chrysostrono observa-
 tum.

tum, ut de ea loquens diceret; *In timore, & tremore multo fui apud vos.* (b) Etenim quam lynceum oportet eum esse, cujus partes sint, discernere spiritus, quid quisque ferre valeat, quæ cujusque talenta sint, quo quisque modo alliciatur, quid in cujusque mente gratia, quid vetus homo operetur? Væ illi, qui naufragii periculo se ultro objicit, quisque dirigendas animas suscipit antè, quam noscat apprimè consilia Dei super filios hominum, & quâ viâ quemque duci ad se velit! Videlicet perinde facit temerarius ille, quisquis est, ac is, qui per medias tempestates & procellas navarchum agere velit sine pyxide nautica, sine velis, nullâ ventorum notitiâ, nullâ scopulorum. Unius Dei est, legere summos illos viros, quos regendis aliis præficere constituit, itaque deducendis, ut portum aliquando vitæ beatæ capiant. Talis Episcopus Gebennensis noster fuit; de quo idem hoc ultimo seculo Dominus Deus pronunciaffe videtur, quod olim de Sadoc summo Sacerdote: (c) *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet; & edificabo ei domum fideliem*: familiam videlicet Monialium Visitationis; præter tot hominum millia, quos per vias vitæ deduxit.

(b) 1. Cor. 2. (c) 2. Reg. 2.

CAPUT VII.

Taurinum petit, & Salucias: hoc posteriori loco de S. Cruce dicit ad populum.

CHERUBINI illi duo, quorum de medio olim Deus alloquebatur populum suum, (a) potestatem

(a) Exod. 25.

222 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
statem duplicem significant, Ecclesiasticā & sece-
larem, vel certè Æternam & Temporariam; unde
origo eorum omnium quæ facienda nobis sunt
tanquam debita. Proinde, cum persuasissimum
esset Episcopo nostro, omnem potestatem à Deo
esse; postquam in recenti Episcopatus administratione
reddiderat Deo quæ Dei erant, non defuit sibi
quin si non *Cæsari*, certè suo Principi, hoc est, Seren-
nissimo Duci Sabaudiaë redderet quæ Principis
erant. Ad eum igitur adiit, gratiis agendis pro sin-
gulari illo studio, quòd tam constanter erga se de-
clarasset: utque grati animi significatio novorum
beneficiorum conciliatrix blandissima esse sole-
ret gratificatus est ei denuo optimus Princeps quod
potuit, æquissimis illius postulatis cunctis annu-
ens: neque enim quidquam Episcopus expectat
quod non ad Dei gloriam suâ in diocesi promo-
vendam pertineret. Et quoniam in amicitia legi-
bus servandis posita est pars non exigua officii
ne hinc sibi Franciscus deesset, constituit visere an-
discessum, Episcopum Saluciensem, quicum ardentis-
sima ipsi necessitudo intercedebat. Carmaniolam
cum pervenisset IV Non. Majas, in pervigilio ve-
delicet Inventionis S. Crucis; postridie rogatus
vehementer ab eodem Episcopo, id moris ante
qui fuisse memoranti, ut quoties Episcopus alium
alium inviseret, is qui advenerat verba faceret de
loco superiore ad populum; assensit, nec gravari
disputavitque luculenter de S. Crucis encomiis
illud maximè sequens, ut sensum quendam vene-
rationis singularem erga vitalem arborem in au-
dientium mentibus imprimeret: hoc ardentissimum
quod

quòd èt ipse diù antè eodem in argumento verfa-
 rus erat, & quascunque laudes SS. Patres in Cru-
 cem Domini congesserunt, eas habebat in prom-
 ptu. Nòrat scriptum à S. Augustino, (b) *Lignum in*
quo fixa erant membra patientis, etiam fuisse cathedram
Magistri docentis; & Arcam mysticam, quæ homi-
num genus à cataclysmo tutata esset: ac ut magna
& mirabilia sint, quæ per virgam Mosis fecit Deus,
 ad Erythræi maris siccandum alveum, per quem
 Israëlita transirent, à Pharaonis servitute vindica-
 ti, in quo mox rei Ægyptii submergerentur; per
 eandem amarorem aquarum in suavitatem mu-
 tarit Moses idem; eâdem percussa silex, undarum
 fluentia fuderit; circa eam extentis manibus Ama-
 lecitas vicerit, & in Arca Testamenti conclusa lex
 Dei fuerit; per Crucem tamen res mirabiliores
 perfectas à Deo fuisse. Eâ verò in hortatione hoc
 memoriâ dignum accidit, quòd cùm Italicè dicere
 cepisset Ecclesiastes, mox, ut intellexit Gallicè sci-
 re auditores suos, Gallicè pergere instituerit: quæ
 comitas unâ cum pietate juxta, & soliditate oratio-
 nis, sic audientium animos rapuit, qui ex locis vi-
 cinioribus longè lateque concurrerant, ut cuncti
 Franciscum sibi hospitem deposcerent: ac si ho-
 spitium aliud defuisset, libenter sua quisque præ-
 cordia ad tantum Virum excipiendum obtulisset.

(b) *Tract. 119. in Ioan.*

CAPUT VIII.

Redit Anecium: exortum disidium cum

Capitulo S. MARIÆ, componit.

Bis Moses ille, de quo proximè, silicem percussit
 ad aquam extundendam: bis Elisæus Jordanis
 undas

undas pallio Eliæ verberavit, antè quàm in duas partes discederent: & nihil non, in rebus quidem naturalibus labor improbus vincit: nec secus in consiliis Dei super filios hominum, laboris assiduitate res perficiuntur arduæ & mirabiles: nequaquam aliter Sanctorum coronis manus extrema imponitur.

Id adeò Franciscus usurpavit semper: nunquam ejus contentio interquievit, nunquam non fuit molis actuosus. Ubi primùm Anecium redierat, populum sibi creditum comparare instituit ad festas & celebritates quæ instabant, Pentecostes, & Corporis Christi, exigendas ut par erat; assiduis hortationibus ad homologesum incitans, quæ pars religiosi cultûs aptissima ad propitiandû Deû, & animi sinceritate venerandum sanctis istis lucibus. Providit item, quoad facere potuit, ne quid desideret ad pompam celebritatis, in qua sub umbra JESUS ipse Christus processurus erat, neve quod desideraretur ex iis, quæ Religio ipsa incensissimè quibusque tantæ Majestatis adoratoribus præscribit. Verùm, Satanas non nisi vi genu flexu Verbo Incarnato in sacra Eucharistia latenti, quod tamen faciendum esse intelligebat & sibi, & satellitibus suis, quotquot abduunt Tartara; quod impedire non potuit, disturbare non intermisit, atque quidquam. Capitulum S. Mariæ Collegiarum ubi ex tumore spargi cœpto, intellexit, confestim tum Episcopo esse sacrâ ceremoniâ defungi, & Corpus Christi sub umbella deferre, circumstantibus Canonicis Cathedralis Ecclesiæ S. Petri; injuriosum id sibi fore dictitans, quippe cum ad eam

diem, unus ex suo cœtu fecisset id, ad quod faciendum Episcopus se se comparabat, intercessit: at religiosissimus Præsul contemptum sui cum Domini Dei offensione conjunctam iri ratus, ingemuit, sensumque mœrentis animi aperuit in hæc omnino verba, Canonicos eisdem compellans:

Omnino nunquam in mentem mihi venisset, vos eò progressuros: si qui me antecesserunt Episcopi, non id sibi depoposcerant ex invaletudine, aut etiam ex infirmitate ingravescentis ætatis; ego, qui, quæ Domino Deo sit gratia, & consto viribus, & florenti ætate sum, cur non eo solatio fruatur? Sic habete igitur: ego Antistes vester sum, cui à vobis morem geri par est: proinde quantumvis intercedatis, quod muneris mei est exequar, & Corpus Christi circumferam circumstantibus Canonicis Capituli mei: num quod jus vestrum hac in parte sit, definietur postea. At illi ex Canonicis, qui turbare cœperant, appellant Tribunal superius, litem intendunt, negantque passuros se id sibi honoris præcipi, tam fervidè, quàm placidè perstabat Episcopus in sententia. Biennium totum dissidium grave tenuit: quo toto intervallo Beatus Vir constantiam opponens pertinaciæ, nihil reliquit intentatum, quò dissidium amicè & benevolè componeret. Sed nihil remittentibus Canonicis, ipse sub instantem diem Corporis Christi, eadem animi æquitate, mentisque tranquillitate, quâ semper, Edictum hocce publicè proponendum curavit.

P

Cum

Cum in more positum sit Ecclesia, communis pariter
 ut augustissimi Sacramenti Altaris festa lux peculiari
 dam celebritate cerimoniaque peragatur, & in publica
 cessione, quantâ maximâ fieri veneratione potest, circumscri-
 ratur; quò ex tam publica latitia atque exultatione
 ligant omnes, veritatem victricem de mendacis, de quibus
 res triumphare: Nos, quos auctoritate Apostolica
 posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, & quod
 proinde est, curare, ut in tantâ celebritate cuncta ap-
 coréque peragantur, monente Paulo Apostolo Epistola
 Romanos, atque ad Corinthios, (a) Omnia quæ a Deo
 ordinata esse, & honeste peragi debere; intelligentes ad
 cipue in sancta Ecclesia servari debere, quæ semper in
 esse debet, tanquam castrorum acies ordinata; neque
 ordinandis, omni spiritui credendum esse, sed illi tantum
 Spiritui sancto, qui in Ecclesia totam diffusus est, qui
 mentem suam per Concilia, perque Summos Pontifices
 clarat; hoc Edicto statuimus, eâ die in publica Processione
 ad Clerum quidem quod attinet, progressuros primùm
 tres Capuccinos, tum Fratres Minores, deinceps Fratres
 minicanos, exim Religiosos S. Sepulchri. Succedet Capu-
 lum Collegia: ū S. MARTIÆ; hos Canonicos sequentur
 nonici Cathedralis Ecclesie nostræ: Nos sanctissimum Sa-
 cramentum feremus quàm maximâ poterimus gravitate
 pompæ, magnificentiâ: ponè subsequenter fideles utriusque
 sexus. Qui ordo cum sit Ceremoniali Romano, San-
 morum Pontificum Decretis, iuri communi consentaneus
 Pracipimus exacte in virtute sancta Obedientia, ipsum
 servari à Clero nostrorum Seculari tum Regulari, sic
 nullus aut contrâ faciat, aut ullo modo de illo contendant:
 secus faxit, & noverit se Excommunicationem lata sententia

(a) Rom. 13. I. Cor. 14.

ita ipso facto incursum; nullo tamen præjudicio Iurium
Ecclesia Collegialis B. MARIAE, si qua sunt, qua volu-
mus ipsis conservari: parati prorsus Edictum revocare ea
ex parte in qua ipsis præjudicium fieret, statim atque de il-
lorum Iure compertum nobis fuerit.

Secundum hæc, ut clementissimus erat, nihil ha-
bens in votis, quam ut dissidium hocce benignè
componeretur, ad Canonicos Collegialis Ecclesie
congregatos orationem habuit suavitatis plenissi-
mam, indicemque summi in ipsos studii, quâ enixè
ab eis flagitavit, ne se cogèrent ad severitatem il-
lam lammam exercendam, quæ non nisi in eos ex-
eri soleat qui rebellent contumaciùs adversus ea,
quæ ab Ecclesia constituta sint. Eventus is fuit,
quem votis omnibus expetebat: mitigatis animis,
fide chirographo suo confirmatâ decreverunt Ca-
nonici iidem, & inter se, & cum Episcopo suo con-
corditer vivere in posterum. Atque hîc forensi
strepitu Evangelicis effatis cedente, impositus fe-
liciter finis dissidio.

CAPUT IX.

*Iter Gexiense: peregrinatio Tononensis
ad Aedem S. Mariae Compatien-
tis: Sixiensis Abbatie
reformatio.*

SECTIO I.

Quo momento filius Dei factus homo natus
est, eodem pacem mundo toti dedit, idcirco,
ait S. Thomas, (a) ut testatum faceret auctorem te
P 2 pacis

(a) Part. 3. q. 35. art. 1.

pacis esse. Id imitans Beatus Episcopus, cōquiescere
 antè animo non potuit, quàm Clero suo pacem
 tribuisset: re perfectâ Gexium tetendit unâ
 Duce Bellegardeo, & Luxensi Barone, eodem se
 per consilio, Pacem longè lateque spargentem
 quandoquidem ex idiotismo Hebræorum, vix
 nullum non bonorum genus designat. Postquam
 ex Calvinisticorum Ministrorum manibus Ecclesie
 sasticos proventus vindicavit, primævæ illius
 sionis tam fructuosæ occupationes postlimitibus
 petiit, disputando cum hæreticis publicè, privatè
 unumquemque vel ad fidem, vel ad pietatem in
 tuendo, atque adeo in reducendis in rectam viam
 errantibus: quo in genere duos ex Ducis ejus
 familia, & nobiles quidem, feliciter restituit
 Ecclēsiæ, unâ cum ingenti aliorum numero
 qui hæresim item ejurârunt. Jacturam talem
 interpretabantur, impotentissimè ferentes præ
 nes ac prædones Calvinistici, ausi, immani patri
 dio, venenum Viro Apostolico propinare, unâ
 febris tam vehemens, ut Episcopi vitâ actum pe
 taretur. Sed-enim quid toxicum valeat, quid
 propinantium, adversus vim infinitam illius, quæ
 servis suis pollicitus est, ipsos impunè *super aspidem
 & basiliscum ambulaturos*; (b) quique in Evangelio
 asseverat, (c) *si mortiferum quidquid famuli sui inve
 rint, non nociturum?* Medici ubi causam mali inve
 stigando agnoverunt ex familiaribus veneni sym
 ptomatis, porrecto opportunè antidoto tantum
 netas inhibuere: & verò, si primævæ illius in
 centiæ tempore futurum fuit, ut nihil venena ho
 minum

..(b) *Psal. 90.* (c) *Marc. 16.*

mini nocerent; (d) consentaneum fuit, ut detrimentum nullum importaret vasi isti sanctitatis, hoc est, Viro qui tantos tamque assiduos labores exantlabat ad labes peccati detergendas, atque ad lapsam mortalium innocentiam reparandam.

Vix revaluerat, cum Anecio, quò raptim redierat, pedes Tononum adit, peregrinorum de more, gratias Deo, Deique genitrici acturus in ejus Æde, quæ *Compassionis* vocatur, tum de recuperata valetudine, tum de tantis adversus hæresim progressibus. Agebatur mensis September, quo tempore ætus ingens esse solet: iter leucarum duodecim Sabaudienfium, hoc est, quatuor & viginti Gallicarum: ita tanta fuit defatigatio, ut viribus defectus, & jugi sudore madens, agrè Tononum tenuerit. Id spectaculum lacrymas Tononensibus elicit: verùm experti brevi sunt Beatum Antistitem ab eo agi, qui ut momento *mortificat*, ita momento *vivificat*. Ubi primùm ad Ædem sacram B. MARIAE pervenerat, auctus repentè viribus gratulatus filiis suis est firmitudinem illam animi in orthodoxa fide tenenda tuendaque: tum ceremonias plerasque Ecclesiasticas restituit. Contaminata Cœmeteria, statâ Benedictione repurgavit: Confirmationis Sacramentum contulit plusquam quingentis: tum concionem habens ad populum, complures adhuc hæreticos retraxit ab errore: in iis Dynastam Yvorientem. Is cum vehementer instrisset ab Ministris Calvinisticis, ut ad disputationis certamen cum Francisco descenderent, passus repulsam ultro adiit Episcopum, ratus,

P 3 id

(d) Hiero. in caput 10. Zachar.

id quod erat, tergiversationem illam certissimum erroris indicium esse in miseris prædicantibus professione fidei in Episcopi manibus emissâ, constans in ejusdem fidei veritate tenenda proponendâque ad extremum usque spiritum exitu.

Exin perrexit ad Monasterium Sixiense Canoniorum Regularium Ordinis S. Augustini, locum sane aspero positum, & montibus cincto undique. Rogaverant Præsulē Canonici ex eo Monasterio duo *Franciscus Biorius*, & *Nicolaus Desfayetus*, veritate Abbatiam dignaretur, & quæ reformatione egerent non pauca, restitueret: cui tam æquæ petitioni annuendum ratus, convocatis in Capitulum Canonici, primum omnium ex Abbate percunctatus est, Titularis esset, an Commendatarius? Cùm is respondisset, Titularem se non esse, eaque de causa vetitum sibi esse à supremo Sabaudia Senatu, ne iis rebus se immisceret, quæ ad Religiosorum correctionem pertinerent; audienter perpensisque omnibus, quæ sequuntur ad rectam legitimamque Monasterii administrationem constituit.

Divinum Officium ex veteri institutione perageretur in Choro à Religiosis duodecim, ad lectis, ex Ritu Tridentini Concilii.

Missæ quatuor quotidie celebrarentur.

Intra septa Monasterii mulier nulla pedem inferret.

Ex iisdem septis deinceps Religiosorum nullus sine Prioris facultate exiret.

Et Religiosi quidem consensu responderunt, se in Episcopi potestate fore: Abbas autem, adve-

fari haud parùm aduertens ingenio suo, moribusque, illa quæ constituebantur, provocare se dixit, tanquam in *Iuris dicendi abusu*; quod interea dum apparat, excurret denuo Anecium ygil Episcopus, leucæque tres, pedes emittitur, solandis compluribus, quibus detrimentum ingens importaverat montium duorum casus, unde in pagis compluribus everta ædificia non pauca, homines aliquot necati, unâ cum gravi pecoris jactura: ita ad tantam penuriam redacti, postulabant levationem quandam à vectigalibus pendi solitis, sed frustra, nisi Pastor perhumanus oves miseratus suas, postquam ad eos perrepererat per calles tam asperos, tamque impeditos, ut non modò equis transitus non esset, sed vix homines auderent eò aspirare, nisi quos eadem ageret caritas; ad lugubre spectaculum sic est commotus animo, ut scriptis epistolis ad Serenissimum Sabaudia Ducem, ab eo quæ in miserorum gratiam flagitabat, impetraverit.

Dum hæc gerit optimus Antistes, Abbas contra, in susceptum consilium incumbens obstinatius, nec sumptibus nec dolis parcit, dum quoquo modo efficiat, ut Acta Præsulis rescindantur. Jocos salesque admiscet maledictis; neque quidquam prætermittit, unde famulum Dei exagitet: sed vicit denique contumaciam constantia fortis eadem, & suavis. Nam privati hominis mansuetudinem cum Episcopi fortitudine conjungens, comitate quidem Religiosorum studia sibi adjunxit; fortitudine autem Abbatis molitionem disjecit denique, lite secundum se judicata. Ne tamen statim quæ constituta erant ad re-

formationem Monasterii, exequeretur, verò
negotia alia momenti haud exigui, quæ eodem
illo tempore enata, Antistitis curas aliò evocave-
runt: verùm ut nihil illius zelum imminuebat
cùm primò in licuit, per æstatis torrentes calorem
eodem repedavit. Quo in itinere illud sanè mi-
rum accidit, quòd cùm siti langueret Antistes,
que adeò vini paucillum ad vires refocillandas
tuisset; cùm planè deesset aliud, mucidum tantum
reperiri responsum est: verùm, nihil dubitans
Franciscus, quin idem optimus Parens, qui tam la-
pe fuisset *umbraculum ab æstu, & tegumentum à turbine
& pluvia,* (e) tunc quoque fons sibi adversus urgen-
tem sitim futurus esset, adferri illud iussit fidelem
& vix poculum manu prehenderat, cùm vino
derepentè novâ generositate, novo calore, atque
adeò sapore imbutum est, sic, ut quidquid in dolo
superfuit, majori pretio venditum sit, quàm prius
Equidem id ejus virtuti à Domino Deo tributum
videri possit idcirco, quòd sanitate, ad quam
vini moderatus confert, nusquam utebatur terra
Dei, nisi ad Domini sui obsequium, atque ad ani-
marum utilitates: ac si primum miraculorum fa-
rum in eo Christus Dominus positum esse voluit
quòd in Cana Galilææ nuptiis, aquam mutavit
vinum; haud abs re fidelem famulum, cujus ani-
mam sibi desponsaverat, dignatus est Dominus
communione aliquâ illius ejusdem miraculi: cùm
præsertim aliunde zelus illius tam multa quotidi-
millia convivarum ad nuptias Agni invitaret.

(e) *Isai. 25.*

SECTIO

SECTIO II.

ERGO cum ad Cœnobium pervenisset, fecit denique quod designaverat, & formam illam Religiosæ disciplinæ tam honestam induxit in mores, singulari quadam studii & caritatis significatione erga pios illos Religiosos, unumquemque ad usurpandam fraternam caritatem, mentium consensionem, Regularis ejusdem disciplinæ observationem hortans & incitans, tam efficaciter, ut intra perbreve temporis intervallum cuncta exactè observare cœperint: eodem videlicet Domino Deo cooperante animorum mutationi, qui corruptum illud vinum in gratiam famuli sui, in generosum paulò antè mutaverat. Ut autem instituta tam præclara tenerent diutius, quæ sequuntur, conscripta reliquit optimis Cœnobitis.

Cum Cœnobium hœcce Ordinis S. Augustini nostræ jurisdictionis sit, & aliunde pro explorato habeamus, ab Abbate & Canonicis vehementer exposci primævam Regularis disciplinæ observationem, juxta sacram veteris Juris Ecclesiastici Regulam; eam in rem incumbere constitutum nobis est, pro ratione officii, opusque tam laudabile, stabilire pro viribus, nostrâ auctoritate interveniente. Quamobrem, visis, expensis, & examinatis omnibus sequentes Ordinationes Constitutionesque conscripsimus.

Primò. Præcipimus expressissimè, observari ad amissim quæcunque in nostrâ Visitatione notata sunt.

P §

Secun-

„ Secundò. Si posthac Novitii anno Probationis expleto idonei inventi non fuerint ad mittendam professionem, dimittantur; nisi forte spem facerent melius fungendi officio, intra aliquod temporis intervallum, etiam anni secundi rotius, ut in Cardinalium Congregatione iudicatum est.

„ Tertio. Constituatur deinceps Prior, eisdem Ordinis Professor; Vice Prior item, qui idoneus sit ad præsidendum aptè, & ad Regulæ observationem accurandam, quique exemplo sit fratribus: fratres autem ei parebunt potè inde ac patri. Novitiorum cura demandabitur alicui ex iis, qui erunt Regularis observantia retinentiores: iisdem Novitiis prælegetur quotidie aliquid ex Catechismo Concilii Tridentini, exigeturque ab illis ratio eorum quæ lecta fuerint: alium item habebunt ad id deputatum, à quo instituantur ad Canonicum Officium præperandum, ad ceremonias Ecclesiasticas, aliaque generis ejusdem.

„ Quarto. Singulis quibusque diebus Sabbati Prior, aut, eo absente, Vice-Prior cunctos convocabit in Capitulum; ad congregatos legetur articulus aliquis ex Regulis, & si quid contra factum erit, corripietur is qui deliquerit. Si quid item peccatum erit adversum ea, quæ ad domesticam disciplinam, aut ad motum gestumque corporis pertinent, aut ad ea quorum cura demandata huic illive; pœnæ nomine imponetur id quod consentaneum esse iudicaverit is qui præerit.

Quin

Quintò. Si quid majoris momenti facien-
 dum aut præcipiendum erit, si periculum in
 morâ non fuerit, de eâ re deliberabit Prior cum
 Capitulo: si quid tale inciderit, ut de eo neque
 à Priore neque à Capitulo statui possit, ad eun-
 dus Episcopus erit.

Sextò. Religiosi omnes cibum sument com-
 munitè: super mensam adhibebitur anagnostes
 in totum refectionis tempus: is ita leget, ut &
 exaudire faciliè cuncti queant, & aptè serven-
 tur interstitia clausularum, quò quisque appli-
 care mentem possit ad ea quæ prælegentur.

Septimò. In Cœnobio libet nullus erit sine
 Prioris facultate: is cavebit ne ullus totâ domo
 sit ex prohibitis; aut ex his, qui curiosa & inutilia
 tractant: erit autem numerus sufficiens Asceti-
 corum, Casuum conscientiæ, & Theologorum.
 Quotidie legent studebuntque Religiosi, iis
 horis quas præscribit Regula.

Octavò. Providebitur ut ædificia cuncta
 conformia sint Regulari observantiæ.

Denique, benedictionem protectionem-
 que Dei spondemus illorum unicuique, qui hæc
 statuta amplectentur, vsurpabuntque ex amore
 Dei, quæ unius amplificationis divinæ gloriæ,
 utque Deus regnet in vobis, à nobis traduntur:
 speramus fore, ut eorum observatione plena
 atque integra, familia hæc reflorescat, pristinum
 splendorem recuperet, & longè latèque spar-
 gat odorem bonæ ædificationis, quo aliàs to-
 tum huncce tractum perfudit. Id in singularis
 muneris loco expecto à tuâ misericordi boni-
 tate

»tate, Deus meus: id à te votis omnibus expete
»tum iis qui hîc adsunt omnibus, tum iis qui in
»eorum deinceps locum succedent.

Sic Vir Dei terminavit opus suum: *ros calicis
terre pinguedo* labore illius excepit tam feliciter,
ut fatendum fuerit, in eo, Thaumaturgorum exa-
tem revixisse. Quamdiu apud eos Beatus Episco-
pus fuit, Monasterii sumptibusalebantur quotidia-
ni homines supra ducentos & quadraginta: & tamen
post ejus discessum, compertum est ex ratione de-
biti & accepti, eo tempore minùs expensum fuisse: &
quod mirere, vinum nihil imminutum esse in do-
lio, unde bibebatur, neque panem quo vescabantur
omnes: quod utrumque Cœnobarum testifi-
catione asseveratum est. Tanti est illud sancti
Prophetæ tenere: (f) *Jacta super Dominum curam tuam
& ipse te emutriet.* Et verò, si divinæ illi providen-
tiæ minutissima quæque animalcula curæ sunt, si
eadem cunctis rebus creatis prospicit, si ad homi-
num conservationem non modò necessaria sub-
ministrat, sed etiam præbet delicias, ut Theodo-
retus observat; si aciem oculorum tam multis re-
bus tam ad aspectum jucundis oblectat; possit
Dominus Deus sic deesse iis qui sibi famulantur,
ut non ea suppeditet, sine quibus vitam ipsi tueri
nequeant: *Non est abbreviata manus Domini.* (g) ead-
dem semper perstat vis ejus & bonitas.

(f) *Psal. 54.* (g) *Isai. 59.*

(. . .)

CAPUT X.

*Divione Conciones habet per Adventum &
Quadragesimam: fructus excur-
sionis.*

ILLUD Christi Domini ad Apostolos revol-
vens Apostolicus Antistes, (a) *Ite, predicate E-
vangelium omni creaturae*; Divionensibus negare non
potuit, quod ab eo flagitabant, ut apud se Adven-
tūs & Quadragesimæ tempore disseminaret ver-
bum Dei: sub beneplacito tamen Summi Ponti-
ficis: neque enim plus mense aberat à suâ diœcesi,
sine ejusdem Summi Pontificis facultate, appro-
bante Confessario, & consultis aliis aliquot notæ
doctrinæ & pietatis viris. Quam in sententiam,
Nūquam, a jebat, à meo ovili discedo, nisi men-
te inquietâ: quippe metuo ne absentiam illam
meam objiciat mihi aliquando Deus, qui pa-
stum eam ove salientis, famelicis interea meis.
Non satis statuere possum, num aliquid in ter-
ris concupiscam: certè si quid concupisco, non
concupisco vehementer; optem tamen ut libe-
ter curis, & multiplicitate negotiorum, quæ E-
piscopatum comitantur assidue: sed quoniam
hunc mihi Dominus Deus imposuit, spero ipsū
miserturum mei, gratiamque daturum necessa-
riam ad ea explenda quæ me vult facere. Quæ
cùm ita sint, nihilò seciùs contremisco, animo &
cogitatione memorans, cùm frequentissima sit
Diœcesis mea, nullam tamen animam illius fi-
nibus

(a) Mar. 16.

„ nibus contineri, de quâ non is à me rationem
 „ repetiturus singillatim. Heu me! quocumque
 „ peccatorum major numerus futurus est, ovium
 „ an pastoris? utram in partem lanx propendeat
 „ criminum meorum, an flagitiorum perpetu-
 „ torum ab iis qui mihi crediti sunt; qui in semp-
 „ ternam salutem suam diligentius incubuisse
 „ melioris Episcopi exemplum habuissent
 „ oculos? Qualis Sacerdos, talis populus; heu
 „ hi! quando nam bonus ero, ut animæ illæ, quæ
 „ Domino Jesu vitâ steterunt, meliores evadant
 „ Omnino quid me futurum sit, nescio; dum re-
 „ go Epistolam S. Augustini ad Valerium, (b) pro-
 „ fitentis *Nihil esse in hac vitâ facilius & lætius, & ho-*
 „ *minibus acceptabilius Episcopi officio, si perfunctorie &*
 „ *que adulatorie res agatur: sed nihil apud Deum turpius*
 „ *us, & tristius, & damnabilius: contra autem nihil*
 „ *in hac vitâ difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi*
 „ *officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militaverit*
 „ *quo noster Imperator jubet.*

Noluit item fidem suam Divionensibus oblit-
 gere Beatus Præsul ante, quàm rem communicare
 set cum Serenissimo Duce Sabaudia: at is veteri
 certis quibusdam de causis, quas ad rem Ducatus
 publicam pertinere existimabat. Sed expugnata
 facilem ad pia animum Senatus Divionensis, literis
 ad eum datis, quibus id enixissimè à bono Prin-
 cipe flagitabat. Id cum Francisco significatum
 esset, ad Castrum Salesianum perrexit; quò se ad
 rem tanti momenti fructuosè peragendam com-
 pararet. Atque illo in secessu objecta ipsi divi-

(b) Tract. 2. Ep. 158.

tus est species Religiosi Monialium instituti, cu-
jus ipse futurus esset Fundator, unde fructus sanè
uberes extituri deinde in Ecclesia ad majorem
Dei gloriam essent, Præcipuè tanquam in tabulâ,
feminam illam vidit, quam adhibiturus Dominus
Deus eam ad rem esset: Joanna Francisca Fremi-
otta fuit, Benigni Fremiotti, Præsidis in supremâ
Divionensi Curiâ secundi, filia, soror germana
Andræ Fremiotti, Archiepiscopi Bituricensis, (b)
quam postea ex ea delineatione, faciliè agnovit
Divione: qua de re cum nos prolixè & copiosè in
Vita ejusdem Joannæ Francisæ Fremiottæ me-
moraverimus, super sedemus hîc plura attexere.

Vix concionum Quadragesimalium opus in-
choaverat, cum Divionensium animos rapere
item cœpit. Diceret Beatum, Ecclesiasten illum
esse, de quo Isaias: (c) *Ecce servus meus, electus meus:
complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum
super eum: judicium gentibus proferet.* Et ea quidem
erat illius caritas, ut non se intra susceptæ occupa-
tionis terminos contineret. Nam supra statas
conciones, adibat frequens ad Monasteria, ad Xe-
nodochia, ad locos alios, quò accersebatur: exci-
piebat confessiones; intererat, vel potiùs præerat,
deliberationibus omnibus, quæ piis de rebus in-
stituebantur: ubicunque autem verba faceret, pie-
tatis atque religionis sensus tam altos imprimebat
in audientium mentibus, ut tanquam magnes om-
nes eò traheret, tractos ipse dirigeret in spiritu,
maximam partem: compluribus quidem certè ex
pri-

(b) Vulgò *Madame de Chantal.*

(c) *Cap. 42.*

primariis tum viris, tum feminis, dux fuit ad vitam
 illam interiorē, postquam illius ejusdemque
 industriæque permoti, eam primū capessiverunt.
 In iis, Senator quidam Divionensis prædicatō
 ingentes sibi utilitates ex Beati Antistitis contem-
 nibus obvenisse: verū, easdem ingens sibi
 commodum attulisse, undē nunquam liberatus
 esset, quōd deinceps nullum prætereā Ecclesiasticum
 sine nausea quadam esset auditurus. Equidem
 in jure Canonico, (d) *Si quem conscientia remordet*
 quōd experimenta tentando necem alicui intulerit; *faci-*
 tur illi, ut ad Ecclesiasticos Ordines non accedat; *si*
 adverso nullam satis sublimem opinionem capere
 animo possumus de illorum merito Ecclesiasti-
 rum, qui Ministri sint gratiæ, perinde atque
 dici sunt naturæ Ministri ex S. Augustino; (e) quod
 que, multis aliis nominibus, Medicis antestent,
 quōd illos ad vitam revocant, qui eorum voces
 excipiunt auribus, vel quōd vivis vitam spiritu-
 lem largiantur.

Exeunte Quadragesimā, hoc est, feriā quinquagesimæ
 sanctioris hebdomadæ, interfuit rogatus, sacrificium
 primo Illustrissimi Archiepiscopi Bituricensis, speran-
 rantis fore, ut si adesset, benedictio Domini
 futura sibi esset copiosior. Nec eum fefellit opor-
 nio: dum Episcopus accederet ad sacram mentis
 ab sacrificante sacram Eucharistiam accepturum
 (quando de more Ecclesiæ ipse ea die non sacrificare
 cabat) visus est luce circumfusus, radiis que
 tes in omnes jaculans tum præcipuè, cum sacrificium
 Domini

(d) Cap. Ad aures de etate & qualitate perficienda

(e) In Psal. 77.

Domini Jesu corpus in os ejus immissum est. Hos radios nullus non vidit aditantium: observavit autem præcipuè Joanna illa Francisca Fremiotta, sacrificantis soror. Mosem crederes ex consortio Dei tanto splendore coruscantem, ut *ejus in faciem intendere non possent filii Israël.* (e)

Hinc illa tanta lenitas & mansuetudo: neque enim satis Domino Jesu visum, ejus mentem suo spiritu implere, pectus virtutibus; præterea visceribus misericordiæ illum donare dignatus est. Id adeo egregiè præ se tulit Beatus Antistes, cum quibusdam in sermone familiari, Sacerdoti cuiquam libentius obtreçantibus; Vos inquit, ratione vestram tantisper examine. Obloquimini iis qui consecrati Deo vivo, de iisque sermones spargitis adversos, quasi in eo posita sit hujus seculi elegãtia, ut Dei ministris obtrectetur. At ubi nunc illa ætas, quâ suâ ipsorum chlamyde Sacerdotum flagitia Imperatores operiebant? Omnino, si peccat contra jus civile, quisquis fratris sui facta probrosa propalat, sacrilegium est ea in lucem proferre, quæ cum Sacerdotû labe ignominiaque conjuncta sunt. Ecqui verò sunt illi tam audaces, tamque confidentes, ut Arcam Dei tam temerario ausu scrutentur, atque excutiant? Et in Bethsamitas quidem occultiore morbo quodam animadvertit Deus, quòd quæ arcana esse voluerat, detexerunt, manna videlicet & virgam Aaron: nos qui tot Aaronum probra labesque pervulgamus, putabimus nobiscum à Deo vindice leniùs actum iri, quàm actum fuisse-

Q

(e) Exod 34.

„ fuerit cū hominibus alioqui non irruis. Nūc
 „ nūc vobis persuadetis fore ; ut quoniam
 „ infinitā multitudine latetis eorum, qui talia
 „ dent & peccant, pœnam debitam refugiant
 „ O nequitiam! ô pravitatem! illi ipsi, inquit
 „ Hieronymus, qui à peccato remotiores
 „ temperare sibi nequeunt quin obtrecent
 „ sacerdotibus: quasi id agat teter dæmon, ut
 „ quam de vitiis aliis omnibus triumphaverit
 „ inconsulti illi, hoc ultimum rete expandant
 „ eos interceptiendos.

Ceterum, haud immerito muneris sui Prae
 vigilantissimus, ante discessum, à Divionensi
 natu literas impetravit confirmatorias Edicti
 gis Christianissimi; quo jubebat in Gexien
 tione sine Catholico exercere liberè cuncta
 fidei orthodoxæ sunt. Sub discessum autem,
 à Magistratu sunt, qui ipsi civitatis nomine ob
 rent vasa ex argento, quæcunque ad abacum
 que ad mensam necessaria forent: sed oblata
 Apostolicus, unâ tantæ benevolentia signifi
 ne contentus repudiavit. Ea verò despiciet
 mirum in modum auxit existimationem de
 Dei virtute & sanctimonia vulgò concep
 quare in discessu, concursus tantus fuit bene
 cantium, complorantiumque, ut vix ab eis divi
 poruerit, flagitantibus ne discederet tam citò
 post, ubi maturum foret, se suis brachiis Ane
 abeuntem portaturos. Quo tempore matrona
 in confertissima turba exclamasse dicitur, O fur
 ò furem! quæ quorsum ea diceret? interrogantibus
 Nec videtis, inquit, Episcopum Gebennensem omnium


mentesque adserapuisse. Contra, Calvinisticus
 Ministellus, Cassegranio nomine, ne nihil ausus
 fuisse videretur, in ipso prociuctu appellans Epi-
 scopum, tempestivè scilicet, provocat ad disputa-
 tionem de capitibus in fide controversis. At sapi-
 piens Antistes, Video, inquit, putasti certamen
 à me detrectatum iri hoc tempore, quo omni-
 bus ad iter comparatis, equum proximè con-
 scensurum me putaveram: verùm, fefellit te
 conjectura: tametsi plausibilius me provocas-
 ses tum, cum aliquo otio hinc fruebar; ne tamen
 gloriari possis fugisse me, tum, cum ad certa-
 men provocabar, en præsto sum: nihil tanti mi-
 hi est hodie proficisci: age sanè, selige ipse quod
 potissimum argumentum disputationis esse ve-
 lis: ego argumenta tua retudero. Ad hæc Mini-
 stellus de suâ spe dejectus; Non est, inquit, con-
 sili mei profectioem tuam remorari; verùm,
 diem ipse selige, quo die Gebennæ ad disputa-
 tionem veniamus. Benè habet, inquit Episco-
 pus: conditionem accipio: Gebennæ disputa-
 bitur: neque assentior tantum, sed etiam vehe-
 menter peto à Luxio Barone (aderat is eo in
 cætu) rem urgeat sanè optatam mihi: proponat
 idem ipse conditiones, quibus illigari nostrum
 utrumque debere judicatum erit. Tum ad ad-
 stantes obversus, Testem, inquit, unumquem-
 quemque vestrum appello, viri Divionenses,
 spondere me huic Cassegranio, venturum me
 ad disputationem cum eo de capitibus fidei
 controversis, idque Gebennæ. Et cum eodem
 momento recepisset Baro Luxius, rem eam à se

Q. 2

accu-

244 VIIÆ B. FRANCISCI SALESI
accuratum in; ut verba factis con probaret, Ge
bennam paulò post adiit, egitque ser:ò cum Me
gistratu, ut quandoquidem id Callegranium
postulasset, æ qui boni consulerent, haberi Geb
næ celebrem eam disputationem, oblati etiam
eam in rem nuneribus. Sed diffidebant sibi
Calvinistici Ministri: ita nullis conditionibus
certamen allici potuerunt, illud obdentes, ne
egere disputatione Religionem suam. Ita even
quod concupiscebat Propheta, ut *confusio* facer
operiret Callegranium, qui rubore tãcum Episc
pum suffundere se posse putaverat. Omnino
hæc insignis fatuitas, sperare te vanis artibus
pottare posse victoriam, quæ non nisi à Domini
Deo proficisci queat. Et existimabant quidam
Ethnici illi Romani, ut testatur S. Augustinus,
Victoriam Deam esse: addebant tamen, muniti
lam à Jove ad quos iussisset: ipsam autem
quam Regi Deorum obtemperantem, ad quos
voluisset venire solitam, & in eorum parte com
dere: aptius dicamus nos, Veritatem semper
errore deque imposturâ victoriam reportari:
quoties Veritatem eandem, ad Domini Deig
riam Franciscus tuebatur.

(f) lib. 4. de Civit. Dei. c. 17.



CAPUT XI.

*Patribus Fuliensibus Abbatiam Abundantiae
attribuit: magnificas conditiones à Rege
Christianissimo, propositas epudiat: in
Rupensi oppidulo conciones habet
feliciter.*

UT domum Dei devere sanctitudinem in longitudo-
nem dierum, aiebat Princeps ille Psalmogra-
phus; (a) ira non minor cura incendebat Beatum
Præfulem, ejusdem domus Dei, hoc est, Ecclesiæ,
eâdem illâ sanctimoniam ubique ornandam: & nihil
ipsi utiq; accidere potuisset jucundius, quàm si vitam
profundendam solidam pietatem asserere potuisset
locis omnibus, ad quos ei accessus patebat. Eo
consilio promovit totis viribus consilium Vespasiani
Atazzæ, viri sanè boni, & divinæ gloriæ per-
studiosus, de suâ Abbatia transferendam in Patres Fu-
lienses. Eam in rem ad Clementem VIII, volente
atq; adeò rogante Vespasiano, scripsit Beatus Anti-
stes, cum Abbatiam Abundantiæ in sua Diœcesi pos-
sidentem tenerent sex Religiosi haud optimi, percipere
Abbatem, virum ipsis dissimillimum, eam prorsus ce-
dere, suoq; & veteranosorum illorum loco consti-
tuere Religiosos S. Bernardi Congregationis Fu-
liensis, quod, aiebat Franciscus, per probos illos
Religiosos sancto amore flagrantibus in horto il-
lo Ecclesiæ reflorescerent virtutes, avulsis stir-
pibus publicæ offensionis; quam, terram illam
inutiliter occupantes illi alii, pessimo exemplo
crea-

Q 3

(a) Psal. 92.

246 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
creaverant. Nec difficile fuit rem bonis omnibus
optabilem impetrare: iussi à Pontifice ex Abbatia
excedere *inveterati illi dicrum malorum*, annuâ pen-
satione cuique attributâ, eorum in locum ritè &
legitimè suffecti Patres Fulientes, juribus omni-
bus redditib' usque Abbatia deinceps fruituri.

Sub idem tempus accepit literas ab H. io, con-
stitutum esse Henrico IV, Regi Christianissimo,
precarî ab eodem Summo Pontifice, ut Francis-
cum Cardinalem crearet; sibi quippe persuasum
Princeps optimus, eam demum rationem unam
esse, evocandi in Galliam Gebennensem Episco-
pum, quod jamdiu, ut vidimus, meditabatur ani-
mo: proinde nihil fortè unquam majori animi ve-
dore perficiendum susceperat: ut ex eo liquet,
quòd dicere solitus erat, invidere se Duci Sa-
baudia Episcopum tanti meriti. At Vir ab omni
honorum opumque ambitione alienissimus
„ ad Regem scripsit, Habere se quidem gratias
„ quàm posset maximas, pro eo de se iudicio ste-
„ dioque: ceterum contentum se esse modicis
„ Episcopatus sui redditibus; patriæ suæ à se debet
„ officia cuncta: porro præter unum Deum, in
„ quo spes omnes suas repositas haberet, omnia
„ se pro vanis atque inanibus putari. Ad id, ad in-
„ timorum quendam scribens, Utinam, inquit,
„ à me dignitatem illam avertat Dominus Deus,
„ ego illa dignus non sum: ac tamen si non me la-
„ tet patendum esse Summo Pontifici; si tamen
„ salvo officio possim, galetum illum passus tres
„ à me distantē negligam usq; adeò, ut ne passum
„ quidem unum ad eum capiendum progrediar

sim. Malim, si fieri queat, togam meam meo
 amore purpurascere ad Gebennensium hære-
 ticorum conversionem: *in* quæsi, Domine Deus
 me illâ ad eum modum tinctâ gloriaturum.

Omninò, frustra Beato Præfuli proponeban-
 tur ea quæ splendorem in oculis hominum con-
 junctum habebant; frustra altiorum dignitatu-
 gradus deferebantur, quando ipsum propè pæn-
 tebat Episcopatum suscepisse; *Recessi*, a jebat, ab
 eorum commercio, qui secularem gloriam se-
 quantur: *semper cupivi recumbere in novissimo loco:*
 placuit tamen Deo, imperare mihi *ascenderem*
superius, [b] Ad illam usque diem tantoperè re-
 formidabam honorem Episcopatus, (quoniam
 futurum videbam, ut deinde apud homines
 commendationem haberem) ut ægrè ferrem
 versari in conventu aliquo, in quo nullus præ-
 ter me Episcopus esset, cui loco cederem. Illud
 sincerè fateor, nisi Deum revererem, libentiùs
 me aquam lustralem circumlaturum per Tem-
 plum fuisse, & panem benedictum porrectu-
 rum plebi, quàm ut sustinerem caput hoc mitrâ
 gravari, baculo pastorali manus: adeò maluis-
 sem in minorum Sacerdotum numero remane-
 re, dando interim operam saluti plebeculæ,
 quàm inter Episcopos recenseri. Et irridens co-
 miter sensum consanguineorum qui sibi de ejus
 dignitate gratulabantur, *Odi*, a jebat, servitu-
 tem cujuscunque generis, quicquid tandem ea
 luavitatis præferat: nunquam catenam mihi, ne
 ex gemmis quidem texuero. Sic enim essem in
 catenâ,

Q 4

(b) Luc. 14.

»catenâ, quantumlibet illa fulgeat. Id quod
 »potissimum sequimini, & spectatis, bonum
 »ipsâ non est; ac tamen illa quæ tanti facitis,
 »ciosa sunt, habent tamen imaginem bonitatis
 »tantum. Nondum me nôitis: ambitiosior
 »quàm putatis: si in eis quæ mihi proponuntur
 »sublime aliquid aut excelsum deprehenderem
 »uterer conditione, atq; ad eam illa ipsa exquirem.

At at, cur tandem, serve Dei, gradus illos honorum tam obfirmato animo rejicis, quibus tuam virtutem dignum reddidit? Equidem à S. Gregorio Nazianzeno ultro dimitti Constantinopolitanum Episcopatum, ut Episcopos quosdam precaret, qui ea de causa altercabantur, mirabile est tecum quis contendit de dignitate Ecclesiastica ad quam tua te sanctitas, Reges ipsi, vox populi vocat? Sed nimirum eodem Francisco confidit id faciebat, quo S. Joannes Chryostomus obsequium repudiabat ex singulari modestia Episcopatum quo erat dignissimus. *Quis enim ex vobis, inquit, proleus turrim edificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt ad perficiendum? (c) An vero is contumeliosè faciat, qui exercitum præfici se sinat, notitiam militaris expertus? Ac si ei qui scandalizaverit unum de pusillis, expedit ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris; (d) quo tantumdem in periculo naufragii ac præcipitii versetur, non uni, sed tot millibus animarum tibi credulorum offensionem creaveris? Hæc tibi Franciscus videlicet post S. Joannem Chryostomum canebat, uterque ex Magistri sui & SS. Apostolorum*

(c) Luc. 14. (d) Matth. 18.

genio, qui ab honoribus refugiebant, unâ Marty-
ri cupiditate rangebantur.

Ut ad temporis seriem revertamur, B. Præsul in-
tractus ab ea illecebra, quæ mentem utique minùs
generosam commovisset, ut ex rerum creatarum
contempzione sempiternam coronam texi jam di-
dicerat, Quadragesimales conciones habere con-
stituit in Rupensî oppidulo, Diœceseos suæ. Ibi
tanquam opportunissimo in loco placidè acquie-
scens, plebem nactus docilem, & ut sit in pagis op-
pidi sive humilioribus, ad satus vitutum accipien-
dos egregiè comparatam; progressus fecit incre-
dibiles, neque in vulgi tantùm mentibus, sed etiam
in aliis quibusdam acrioris ingenii, & rerum asce-
ticarum studiosis. Quintâ quaque feriâ explana-
bat Sacerdotibus quæstiones conscientia; quò ni-
hil ignorarent eorû, quæ muneris sui essent, quæ-
que ad ejusdem perfectionem pertinerent: qua
in re ipse sic sibi latistecit, ut sensum animi sui in
hæc verba deinde aperuerit: Redeo ex loco
deliciarum mearum, ubi populum facilem, hu-
mitem, piû institui. In magnis urbibus super-
bia ferè & ambitio dominatur, præsertim in ho-
minibus primariis, & opibus atq; auctoritate va-
lentibus: ii ferè sibi adulantur, & ad nutum suû
peragi cuncta volunt: plebeji autem isti verbû
Dei excipiunt perattentè: neque minùs tamen
sanguine Filii Dei redempti sunt, quàm Reges
& Principes: quare ego quidem nihil inter hos
illosque constiuo discriminis, nisi ex eo, quòd
majoris minorisve gratia, divinorumque mu-
nerum sunt participes.

Q s

Sub

Sub id tempus, cùm accepisset spargi rumorem à Ministris Gebennensibus Calvinii asseclis, paratos se ad disputandum esse, dum staretur conditionibus à Luxio Barone latis; eâ de re sic incensus,

„ Antistes scripsit: Quod ad disputationem spe-

„ rat, de qua anno superiore agi cœpit, ut cum

„ Gebennensibus Ministris in certamen descen-

„ derem; & manu ipse meâ scripti, & meo sigillo

„ obsignavi, quando cunque ipsi consentire in-

„ quas legitimâsque condiciones ad congregien-

„ dum vellent, advolarurum me, & celeriter, &

„ sincerè: eâ fiduciâ Dei mei, fore ut glorificetur

„ inde nomen ejus, disputationeque ad salutem

„ complurium animarum valeat: quod ut sic ha-

„ beat, ab eodem Domino Deo meo precor me-

„ gnoperè. Anecii, anno 1605. Sed cùm ex-

tantum in speciem ab infidis & insinceris hominibus fieri animadverteret, quibus certum esset motu tergiversationesque alias ex aliis ne cendo, propositum certamen declinare, constituit ad suam Diocesim visitandam aggredi.

C A P U T XII.

Aggreditur ad visitandam Diocesim: Cantuarii conciones Quadragesimales habet;
Anecium redit, tentatum à Gebennensibus.

Visitari terram à Deo, & inebriari, sicubi aridior sit, monet Rex Psaltes, unde pinguescant speciosa dicitur ferti. (a) Hunc imitaturus famulus fidelis, Anecium

(a) Psal. 64.

proficiscitur ad visitandam particulam illam terræ, quæ credita sibi fuerat: utque pararet vias Domini, ex Isaïæ Prophetæ consilio, consolatus prius ægros (ad quorum unumquemque adiit) ærumnolos, e-gentes, quotquot Anecii toto oppido, totisq; sub-urbis erant; postquam etiam captivos largitione aliqua pecuniæ iuverat, expugnavit incredibili constantia vim dæmonum, rupes, voragine, quæ conjurationem ad profectionem illam impediendam iniisse videri poterant. Sed non est abbreviata manus Domini: mare illud Erythreum dehi-scens, simul obruit Ægyptios, simul Hæbræos sal-vat, planum latumque iter præbens, per quod du-rissimo servitio erepti, oppressam libertatem re-cipiant postliminiò. Videlicet, ut hiatus Montis Oliveti pro munitione Machabæis fuit, ad copias Antiochi Epiphanis fundendas fugandæque; sic quæ præcipitia mox subjicienda oculis, territura timidos fuissent, eadem nostro Antistiti erunt pro campo victoriæ. Ut gigas exultat ad percurrendam Gebennensem Diœcesim, postquam locis magnam partem inaccessis, solo tam difficili, ut oculorum aciem, ipso aspectu fatiget: hîc hyems riger per-perua, illinc calores per æstatem intolerabiles. In-ter prærupta illa montium, valles interjacent, vel potius voragine ad aspectum horribiles: ita, ut superentur illorum juga montium, nunc reptare necesse est, arduo sanè molimine; nunc trajicere tanquam freta oportet, perque clivos descendere tam formidolosos, ut cum leti discrimen perpetuò immineat illac iter habentibus, nunquam sustine-ret illac ingredi qui minùs sancta dilectione fer-veret.

Hinc

Hinc existimare licet, quàm ab omni luxu & profusione alienus Apostolicus Præsul esset, quàmque non gravaret hospites. Nullus ferè comitatus erat: paucissimos habebat in domestico obsequio, qui non ab famulis opem expectaret, sed a Deo, cuius præsidio tanquam scuto tegebatur. Conciones, hortationes, privata colloquia flammæ ignesq; spirabant: nunc corruptelas aliquas publicas tollebat: nunc inimicos inter se conciliabat, dissidiorum causas amputans: nunc definiabat lites: nunc ad ærumnos solandos pergebatur: post, querelas excipiebat quorumcunque, qui quoquo modo habere se se profiterentur quod exostularent: præcipuè, rationem habebat tenuiorum, inquirens per diligentem in ea, unde gravati essent. Parochos, alios è Clero quoslibet, peccatores publicos ad conformationem morum melius incitabat. Videres indefessum Præsulē Tempia consecrare, sacra vasa ad usus pristinos reparare, administrare summa assiduitate Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Confirmationis: & quod mirere, fuit aliquando, cum unâ eadēque die, cuncta quotquot sunt, administravit, si Extremam Unctionem demas. Ut nullâ verò in parte deesset officio suo, per scribam suum iubebat inventarium texti rerum omnium ad Ecclesias pertinentium; quò alienationem prorsus excluderet, quam iusto sæpius aliorum segnities, & animi mollitudo, aliorum avaritia frequentat.

Quàm graves autem Visitationis istius labores fuerint, sic expressit ipse: Non rivi, sed torrentes sunt hujus Diœceseos negotia: illud asserat

verare possum; ex quo ad visitandum sum ag-
 gressus, laborandum supra modum mihi fuisse,
 & quod caput est, semper ad gloriam Dei; qui
 tam benignus in me est, ut quotidie aliquid
 meâ causâ faciat, quod parvi miraculi instar ob-
 tinere possit. Etenim dum sub noctem sece-
 do, vix movere corpus possum præ defatigatio-
 ne, vix uti animi motibus: posttidie, dum ex-
 pergiscor, expeditior sum, quàm unquam antea.
 Populos autem in istis montibus quàm docili-
 les reperi! nullo non honoris, comitatis, vene-
 rationis genere Episcopum suum profecuti
 sunt. Nudiustertius ad oppidulum quoddam
 perveni de nocte: verùm, tam multis locis ci-
 ves ignes accenderant, ut diem esse diceres. O-
 mnino digni sunt, quibus præstantior Episco-
 pus obtigisset. Videlicet, rem ita habere sibi
 Vir eximie sanctitatis persuadebat, quicquid in
 contrarium sentiret tota Diœcesis, quæ tali tan-
 toque Episcopo jure gloriabatur.

Eam autem visitationem interrumpere Quadra-
 gesimales conciones, quas illo anno habuit Cam-
 berii. Eò se contulit aliquot antè diebus, quò per
 spiritualem secessum, cui faciendo Collegium So-
 cietatis Jesu delegit, cognoscere posset, quid à se
 in te tanti momenti vellet Deus. Ex ea anachore-
 sic egressus est, tanquam sanctus olim Joannes
 Baptista ex eremo: & verò eodem spiritu eum agi
 facile fuit dispicere: nam & sub initia, & in pro-
 gressu, & in exitu tanto ardore, tantâ cœlestis spi-
 ritus & gratiæ copiâ dixit ad populum, ut tunc præ-
 dicaverint complures, non Episcopum Geben-
 nensem,

254 VITÆ B. FRANCISCI SALÉSII
nensem, sed per Episcopū, Spiritū divinum loquens
quasi, ut quondam Apostoli, sic tunc Franciscus
unam ex illis linguis beato charismate accepisset.
Ac ne id esset dubium, aliquando, dum finem
ceret dicendi, visus sibi populus est videre radium
ex Imagine Domini Jesu Cruci affixi, quæ summa
in Odeo prostabat, ad suum Ecclesiasten pertu-
gere, quibus ipse collustratus, Angelo quam homi-
ni similior apparet.

Sed ne Camberii quidem insectatio defuit.
Cum incidisset causa haud maximi momenti
quidem, sed quæ actores tamen acriores habere
quam Christianæ mansuetudinis leges ferrent, pro
Ecclesiasticas censuras putaverunt se posse obtine-
re quod sequebantur. Quare instant apud Sen-
natum, decerneret, quandoquidem probationes
decerant aliunde, præcipi a Gebennensi Episcopo
per Vicarium Generalem suum, dari literas moni-
torias, quibus qui quoquo modo scirent quid e-
re actum esset, propositâ in eos qui non parerent
Excommunicationis pœnâ, declaratum irent. At
Vir Dei, minimè assentiendum ratus, quòd id pe-
rùm Christianam mansuetudinem decere arbitra-
retur, respondit, Legi caritatis magis consentaneum
esse, rem totam latere ut latuerat adhuc, quam
Ecclesiasticas censuras ad id adhiberi. Sed Senatus
repulsam non concoquens, perrexit porro ad
que uno & altero Senatus-consulto statuit, re-
porales Episcopi reditus, nisi parerent, sub Senatus
manum redigi: miseruntque è suo cœtu Senatus
rem, qui Præsuli id ipsum significaret per Episcopo-
lam sanè aculeatam injuriâmq; quam talis dignitas
tanta

tatis virum offerre tanto Antistiti non puduit. Is, quo consilio nescias, ad mandata adjicit insuper coram, tantum contemptum Episcopi, ut is indignitatem non ferens, Senatorem monuerit, Episcopalem dignitatem eâ confidentiâ violari. Quare hic non defuit Ecclesiæ, sed tam sollicitè, tamque celeriter rem egit, ut ipsi satisfecere Senatui: ad temporales autem illos reditus quod attinet, gratias egit Domino in hæc verba: Non me multum commovet Senatusconsultum illud: si si-
 veric Dominus Deus eripi mihi temporalia, ea res indicio est, velle benignissimum parentem me totum spiritualem esse. Tum injuriam Apostolico more modoque ultus est: ad illum quidem Senatorem quod attinet, qui tam parum consideratè secum egerat, Canonatum contulit filio fratris sororisve illius: alios autem compluribus caritatis & benevolentia officii demeruit sic, ut apertis dein oculis mentibusque, ad illius pedes acciderint, morem deinceps gesturi cœlesti sapientia, quæ in Episcopi pectore propè regnabat.

Quam autem opes & bona quæ vocantur in terris, aspernaretur, hac ipsa oratione testatus est: Nihili sunt ista, aiebat, & indigna prorsus viro forti, cujus origo è divina stirpe, sideribus ipsis illustriori. Utinam quid simus perpendamus! Utinam investigemus, quid sit inter homines celsissimum! Omnino, ut gratiâ Dei sumus quicquid sumus, ita optandum nobis & enitendum imprimis est, ut quicquid sumus, ad illius gloriam referamus. Rem verò parum consentaneam! tam multa soli jugera ambimus, cum
 tam

„ tam parùm terræ sufficiat. Speramus nominè
 „ nos æternitatem consecuturos rebus iis, quibus
 „ vituperabimur potius. Ne nomina quidem
 „ retinemus infinitæ cuiusdam multitudinis eorum
 „ qui commendationem aliquam sui, posteris
 „ liquerunt, dum interim suo quisque eorum
 „ sepulcro computruit: atque id memoriâ
 „ nendum. Tam de terra solliciti sumus: & hoc
 „ tamen cum cœlo comparata, non plus punctum
 „ instar obtinet: atque id intelligentiâ compe-
 „ hendendum. An non verò mirum videri
 „ beat, hominem, qui tantoperè terræ inhieret,
 „ iisdem terræ particulâ tantùm quadam frui,
 „ que tot cum curis, tamque perpetua ægritudi-
 „ ne, ut affirmandum sit, oblectationem, si qua
 „ hîc inest, in eo esse positam, ut oblectationem
 „ nullam tanti emas: quid enim non in sudoribus
 „ vultûs sui mortales è terra percipiunt, conle-
 „ tantè denunciationi à Deo Adamo factæ, potius
 „ quam prævaricatus est? atque ut intelligatur,
 „ quàm industrii ipsi simus in facienda nobis
 „ molestia, quasi doleamus domestica mala
 „ viora esse, graviora nobis aliunde accersimus
 „ regionibus procul distitis, de vita periclitantes
 „ assiduè, assiduè mortis imagine positâ ob oculos
 „ Quem quidem errorem cum deprehendissent
 „ illi, qui à prudentibus & filiis hujus seculi habentur
 „ tur pro stultis, exiguum illud quod ipsis tribu-
 „ tribuerat derelinquere scilicet, & ad nihilum
 „ lud accurrerunt, hoc est, ad Jesum Christum
 „ inopem nudumque, & qui nihil nisi verbera
 „ probra, ignominiam polliceatur: atque in eo
 „ ipsi nihilo delicias esse computant, in eodem

que habere se omnia arbitrantur. Atque ut
 altruunt Astrologi, terram, per se quidem pun-
 ctum esse; cum cœlo autem comparatam, esse
 nihil; sic spirituales illi, filiique lucis honorem
 illum qualemcunque qui in terra defertur, pro-
 fitentur pro specioso quodam supplicio futu-
 rum nonnunquam mortalibus; nisi eundem il-
 lum honorem obscuraret Crucis ignominia,
 spesque fruendæ olim felicitatis in cœlo. Nec
 mirere prædicare ipsos cum S. Paulo *conversa-*
tionem suam in cœlis esse: talium quippe est sic lo-
 qui, qui in tota rerum universitate nihil aliud
 aspectent: Dicam ampliùs: si quæ in terra ju-
 cunda putantur; æterna essent, opes autem in
 cœlo repositæ; non nisi ad aliquod temporis
 intervallum permansturæ; nullus qui modò aptè
 ratiotinetur, non anteponat cœlestes opesillas,
 unius tantum diei curriculo fruendas, iis bonis,
 quæ in terra æterna futura essent; nam eò usq;
 oblectant animum cœlestes illæ deliciae, ut et-
 iam si ad horam tantum, earum gustum capere
 liceret, tamen meritò illis tantæ oblectationis
 capiendæ causâ deberet quisque abdicare ju-
 cunditates terræ omnes, quantæcunq; tandem
 essent, & ad quantamcunque seculorum diu-
 rnitatem producendæ: mille annorum æru-
 mnæ ducendæ pro nihilo; siquidem iis cœli
 gaudia vel ad unam diem mercere.

Ut verò nullam tantam jacturam, quantâ tem-
 poris esse ducebat Pastor pervigil, novas tubin-
 de occupationes, alias ex aliis ejus caritas flagita-
 bat: ita ad curas paternas maternum animum sua-

R

viret

238 VITAE B. FRANCISCI SALESTI
viter adjungens, Anecium reperit opportu-
cives enim reperit attonitos, propter nefarias
Gebennensium molitionem, quibus consiliu-
rat oppidum occupare; quò per illud ad alias Pro-
vincias aditum sibi aperirent, hæresi inducenda.
Illos ergo Episcopus, fortis æquè ac sanctus, con-
firmavit, & egregius Magistri sui Imitator, factus
est omnibus omnia, quò & dejectas mentes erige-
ret, & publicæ salutis prospiceret: ut Pastor, ali-
duus est in hortando ad perstandum in fide
mater, congregat eos tanquam gallina pullos sub
alas, fidere Deo quemque docens: ut dux & am-
signatus, non recusat quin ad eos subducenda
discrimina, discrimen primus appetat: ut Sanctus
& Propheta, confirmat non permissurum Do-
minum Gentes in hereditatem suam ingre-
» Quòd si tamen contrà eveniret, ajebar, mihi
» deor adhuc habere tantum roboris animi, ut
» venientem lupum viderem, non sim cogitatu-
» rus de fuga, neque à carissimo mihi grege disce-
» surus. Equidem si Reverendissimus Dominus
» Petrus à Bealma repugnasset, & in urbe man-
» set tum, cum Gebennenses opinio num novitate
» aures animosque præbere cœperunt; non esse
» Gebenna lapsa in hæresim: debuerat mutuo
» conscendere, & diù noctuque clamare, donec
» conversa esset ad Dominum Deum suum. num
» putas futurum fuisse, ut urbs rebellis ab ortho-
» doxa fide descisceret, si pro minorum crepida
» Pastorem suum, ac suum Principem in armis tra-
» disset excubantem? Minimè, credo: ac si sine
» ret Deus redire iterum illa tempora, tum verbo

tum exemplo hortaret populos Diœceseos
 meæ finibus comprehensos, ad dimicandum
 strenuè pro veritate: nèque ullum militiæ onus
 laborè me detrectarem ovium mearum causâ,
 quarum pro salute vitam ipsam profunderè me
 oporteat. Cùmque objiceret quidam, Quid fa-
 ceres autem, si Princeps intrâ ditionis suæ limi-
 tes liberum relinqueret vel Catholicum ritum
 sequi, vel heterodoxum? Ego verò resisterem,
 inquit, vel si eo in certamine ponenda vita esset.
 Quærant sanè, si lubet, homines politici, quem-
 admodum rem tam noxiam tueantur: ego qui-
 dem hic cæcutio. *Quæ participatio luci ad tene-
 bras?* (b) Atque illud demum est, Deum bono
 modo diligere, ùt interpretatur S. Augusti-
 nus. (c) *Caritas crescendo perficitur: non enim perfecta
 vergit in senium.*

(b) 2. Cor. 6 (c) Serm. 13. de verbis Apostoli.

CAPUT XIII.

*Ad Visitationem Diœceseos denuo aggreditur
 Salesius: statas conciones per Quadrage-
 simam habet Aneii: questioni de
 Auxilio ab Vrbe propositæ
 respondet.*

SECTIO I.

OBSERVAT S. Augustinus, (a) in sacro Gene-
 seos contextu, diem septimam, in qua requievit
 Deus ab operibus suis, habere quidem manè, sed non habere
 vesperam; ut innuatur, perfectam creaturam habere quod-
 dam

R 2

dam

(a) de Gen. ad lit. lib. 4. c. 18.

dam initium sua conversionis ad quietem Creatoris
sed illam quietem non habere finem. Id in Francisco
stro cernere licuit: ut enim erat divinæ gloriæ
diostissimus, laborem alium alii adnectens, vi-
nem imposuerat. Quadragesimalibus concio-
bus, cum ordinariis aliis rebus quibusdam, ad
rum in Christo suorum utilitates, ad intermissis
Dioceseos Visitationem rediit xv Cal. Sexti, cum
tunc à Faussigniana Provincia, quâ sic ipse depingit

” Vidi nuper montes formidolosos, operis
” glacie crassa pedes plus quadraginta: quibus
” locis accepi contigisse, ut cum opilio quatuor
” vaccam errantem quæreret, in subiectam vo-
” raginem ruerit præceps, ubi frigore enectos
” ac quid eo factum esset, esset ignoratum præ-
” sus, nisi casum prodidisset galerus in sum-
” crepidine præcipitii repertus, ex recinaculo
” pendens, quod extans ramusculus fructibus
” jecerat. Hoc comperto, in eandem voragine
” se per funem demitti iussit vicinorum nescio
” quis: cum in imam voragine tenuisset, infeli-
” cem reperit non mortuum tantum, sed etiam
” conversum in glaciem, & statuam illam com-
” plexus, in clamat derepentè eos, qui funem mo-
” derabantur, extraherent sese quamprimum in-
” faxint, se ex frigore emortuum statim. De-
” bone! tantus ardor fuerit infelicis homuli
” vaccam requirendam, ego torpeam interim
” an non hinc stadium illud in bubulco bucolico
” requirendæ, & ex studio, horribilis ille casus
” illinc caritas illa homuli pagani in salvando
” mico, si potuisset, duorum alterum efficere

me debent, ut, aut cum iis obrigescam, aut Dei
 mei amore colliqueſcam? Eodem loco vidi
 rem permiram; valles quidem frequentes re-
 ſiſerant, montes cooperti gelu: quod quidem
 ad ſpectaculum illud ſuccurrebat animo; Sic
 res habet in Eccleſia plerunque; viduæ tenues
 & virgunculæ obſcuro loco natæ tam rectè fa-
 ctorum feraces ſunt; Epifcopi tam celſo loco
 eadem in Eccleſiâ à Deo poſiti congelatiſimus?
 Nec Solis alicujus radii tam torrentes reperi-
 entur, qui hujusce mei pectoris glaciem diſſol-
 vant?

Ex hujus Epistolæ contextu quis non intelligit,
 ſanctum illud ſtudium amandi Dei, vel in glacie
 ardorem divini amoris Franciſco ſubminiſtralle;
 quo eodem incitante per aſperitum & intrica-
 tiſſimum iter pervenit tandem gravi & periculo-
 ſo labore ad Ædiculam ſacram iis affixam ſaxis,
 tam crebro offendiculo, ut pedes, crura, manus,
 nec leviter ſauciæ, Viri Dei patientiam quinque
 ſexve dies affatim exercuerint; neque enim pedi-
 bus toto eo intervallo niſi poſuit. Quo tempore
 cum non poſſet aliud, excipiebat adventantium ad
 ſe querelas; inter ceteras cum æquiſſima ipſi vide-
 retur quorundam expoſtulatione, qui non ſatis pro-
 ſpici animarum ſuarum ſaluti aiebant, quòd Paro-
 chus unus idemq; Eccleſias duas, leucas duas inter
 ſe diſſitas, ſolus procuraret, recepit ſe proſpectu-
 rum. Tum Deum Dei cauſâ linquens Anecium
 regreditur, ad Quadrageſimales conciones, ad
 quas incredibilem quendam in modum expecta-
 batur; quòd averent cives ex ejus ore Decalogi

262 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
expositionem audire, quâ de re sic ipse in Episto-
„lio quodam: Hac Quadragesimâ verba faco
„ad populum meum carissimum, de divino Do-
„calogo, quem à me sibi exponi concupierat.
„Frequentissima concio est: & certè in sacro
„gestu loquor ex animo atque ex corde: cui quod
„dem cordi Dominus Deus pro sua in me be-
„gnitate, amorem imprimi haud vulgare
„Christianorum Effacorum.

Et rem ita habuisse, hoc est, mirabili quodam
modo Ecclesiasten tunc affectum fuisse circa divi-
na præcepta, tum alia comprobarunt, tum quod
aliquando, ubi argumenti istius partem aliquam
pertractaverat, dum in perorando per Apostro-
phen Patrem æternum compellat, visus est audien-
tibus splendore quodam extraordinario circum-
fusus tanto, ut tanquàm Sol radios hinc inde jacu-
laretur, sic, ut in fulgorem conversus totus videretur;
neque satis distinctè vultus ejus in coruscantibus
luce spectari posset, Patre luminum adoptiti-
us filii sui laborem acceptum sibi esse testante
indicio, quod similitudinem aliquam haberet cum
Transfiguratione Filii naturalis tum, cum audiret
in vertice Thabor voces eæ sunt, *Hic est filius meus
dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* (b) Hæc
autem tanta dona Dei consequentur aliquando
res miræ complures, ut à Sacerdotibus quibusdam
didicimus fide dignissimis, qui tum id quod de illis
splendore attulimus, testificati sunt ita habuisse
tum de aliis asseverant. Ait quidem Sapiens de
justis, (c) *Fulgebunt, dominabuntur populis, & regnabunt
Dominus illorum.*

(b) *Matth. 17. (c) Sap. 3.*

Ex eadem origine manavit consilium Justitissimi
 os, de constituenda Tononi Sodalitate sanctissimi
 Sacramenti. Nimirum auctor Sodalibus fuit sus-
 cipiendæ peregrinationis ad Reliquias S. Claudii,
 etiamsi ad iter perficiendum, vel Gebennâ trans-
 eundum esset, vel trajiciendus lacus, qui Larobri-
 ges intersecat, (d) per medios hæreticos: hoc po-
 steriorius consultius visum est. ingenti fiduciâ anima-
 tos, ipse antesignanus, discriminis formidine sub-
 motâ, ductavit, ad quadringentos, pedites pedes,
 cum triumphalibus Crucis vexillis palâm elatis,
 cum Hymnis Canticisque spiritualibus de vivifica
 Crucis encomiis, tam feliciter, ut nullo mutiente,
 lacum cuncti hilares sospitesque semel iterumque
 trajecerint.

Sub id tempus, tot laboribus successit novus la-
 bor. Germanum fratrem cum Romam Episco-
 pus misisset de statu Gebennensis Diœceseos, in
 reditu, per eundem ad Episcopum scripsit Cardi-
 nalis Pamphilius, (Innocentius X deinde fuit) tum
 de felici administratione illa ipsi gratulans, tum
 Pontificis nomine (e) ab eo petens, quid sentiret
 de quæstione quæ tum fervidè agitabatur, de Auxi-
 lio, maximi utique momenti. neque ad illum tan-
 tum idem Cardinalis, sed etiam Anastasius Ger-
 monius, Tarentasiensis post Archiepiscopus, jus-
 sus ab eodem Pontifice de eadem re scribere:
 (quæ erat Pontificis de summa Francisci eruditio-
 ne opinio.) Rescripsit Episcopus ad Germonium,
 ex animi sui sententia, quid sibi de re tam difficili
 eadem, tamque ancipiti, videretur. Germonius

R 4

Epi-

(d) País de Vaux. (e) Clemens VIII. fuit.

Epistolam Pontifici recitavit: cùmque probari
 sibi magnopetè significasset consideratâ sententiâ
 Episcopi Gebennensis, præcepit denuo, tum Ger-
 monio, tum Cardinali Arrigonio, scriberentur
 eorum ad eundem suo nomine, & quid omnino
 re eadem sentiret, ut priùs, exquirerent. Atque
 fidelis divinæ veritatis interpres, in quo ingenii
 ruditionis, pietatis dotes sic inerant, ut quæ
 quam superaret, statuere haud facillimum esse
 respondit, controversiam illam Theologicam pe-
 riculosissimam sibi videri, quam tanquam in extre-
 mis suis partibus sequerentur hæreses: nihil ex
 disceptatione utilitatis, Christianæ Reip. obve-
 turum; contrâ, detrimenta gravia importatum
 quandoquidem ea esset istorum temporum in-
 licitas, ut ad vitium potius, quam ad virtutem ho-
 mines vulgò propenderent; in eam quæstionem
 qui se penitus immergeret, videret ne caderet.
 eadem illa inculcavit fusiùs Episcopo Savonensi,
 apud Serenissimū Sabaudia Ducem, Nancio Apo-
 stolico: ita Pontifex allatis in utramque partem ratio-
 nibus, consideratè excussis expensisque, parti utri-
 que silentium imposuit; quâ in re gravissimè de-
 claravit, quanti tandem faceret Francisci iudici-
 um: eamque ipsam Clementis opinionem de Fran-
 cisco, confirmavit Epistola Cardinalis Pamphili
 subinde scripta ad Episcopum Gebennensem.

Illustrissime Domine, inquit, accepimus præcla-
 ram relationem tuam de statu tuæ Diocæses.
 Non potuere apriùs, neque dilucidius describi
 quæ pertinent ad Clerum, ad Religiosas familias,
 ad Parœcias aliâque Ecclesias, neque melius ac-
 tiog

ingi abusus, corruptelæ, hæreses; nec proponi prudentius remedia, quæq; ad restituendam doctrinam orthodoxam & Catholicam faciunt. Elucet ibidem zelus D.V. ad collapsam disciplinam reparandam, labor in visitandis locis quibusque asperis atque difficillimis, indefessa contentio ad salutem animarum accurandam; quæ res ingentem sacræ Congregationi attulit lætitiâ, benedicens Dominum, qui partem illam Christianæ Reip. tam ægram, tamque nutantem commiserit Pastori tam pio, tam studioso divinæ gloriæ promovendæ, tantæ virtutis, tantæ vigilantæ. Sic enim confidere potest eadem Congregatio, oves quidem sanas nõ contracturas deinceps morbum ullum, agras recuperaturas sanitatem veræ Catholicæq; Religionis, sanctis D.V. concionibus. Ex expeditionibus ad se missis cognoscet D.V. quàm prompti fuerint Illustrissimi Cardinales in petitionibus D.V. apud Sanctissimum Dominum urgendis; ilque, D.V. quæ tam feliciter in vinea Domini laboravit, optat longam & felicem prosperitatem.

SECTIO II.

Itanta est furentium dæmonum sævities in corpora, ut ex Actis Apostolorum (f) discimus; quanta eorundem crudelitas, ajebat S. Joannes Chrylostomus, in animas quas possident per peccatum? Tartareos illos *Principatus & Potestates traduci confidenter Filius Dei*, inquit S. Paulus: (g) vultque eos qui se diligunt in partem venire victoriæ ejusdem. Eâ fiducia nixus sanctus Præsul pergit, repræsentaturus tempora illa S. Antonii, cujus

(f) Cap. 19. (g) Coloss. 2.

R 5

vel

266. VITÆ B. FRANCISCI SALESII
vel nomen spiritus tenebrarum fugabat. Cùm di-
centæ adhuc Paræciæ visitandæ superessent, pro-
fectus est pridie Non. Novemb. moræ impatienter,
Helvetios versus: utque is ab infantia, innocentia
nomine, terror Tartari, flagellumque dæmonum
exiterat; ita illos Episcopi præsentia exagitabat
tantoperè, ut certissimè fugã capesserent, si quan-
do in eos incidebat, qui ab ipsis vexabantur, aut
fortè ad eum adducebantur. Id adèò expertum
est certis documentis in valle quadam, cujus incolæ
deditissimi erant superstitionibus forilegisque
atque adò maximam partem à tetra dæmone pos-
sessi. Spectaculum erat sanè terrificum, energu-
menorum illorum habitum intueri, motus corpo-
ris, membrorum torsiones insolentes, clamores
ululatusque tam horribiles, ut ea loca imago po-
tius Tartari viderentur, quàm sedes hominum do-
micilio destinata. Simul horrorem, simul misera-
tionem ingenerabat in animis, luctuosa species
cui ut mederetur ille Averni expugnator, cùm cir-
cumstantes videret tam multos energumenos, se-
lios ex aliis interrogare de causa mali instituit
tum exorcismos adhibens, benedixit singulis: nec
aliis profus armis usus est, adversus spiritualia illa
nequitia: eo tamen successu, ut & liberati energu-
meni omnes sint, nec unquã deinceps loci illius in-
quilinos exagitare ausi sint tetri lemures. Eodè tempore
Paræciis singulis generali exorcismo
procuratis, valere iussæ cæcæ superstitiones, qui-
bus miseri populi laboraverant adhuc; ita expul-
sis dæmonibus ex animis, postquam ex corporibus
excedere iussi erant, opportuna insuper pro tem-
pore

pore documenta tradidit. Dum tamen loco eo
 adhuc versaretur, nocte quadam in conclavi ubi
 diversabatur, cum strepitum ingentem audisset,
 cognovissetque ab hospite, cubiculum illud à ne-
 quam spiritibus infestum haberi, exorcismo adhi-
 bito illos inde exegit in perpetuum; & increbe-
 scente, ut fit, rumore rerum tam mirabilium, ad-
 duci undique cœpisse ad eum testantur, qui tunc
 in eius famulatu fuerunt, morbosos varii generis,
 membris distortis, aut vitiosè affectis, energume-
 nos: quos sanavit omnes, incredibili consolatio-
 ne animi; quòd locis tam asperis inter homines
 sanè rudes, reperiret tamen unde glorificaret De-
 um, tum operibus iis quæ suo interventu perage-
 ret, tum cœlestibus donis quibus populos eisdem
 intus in mente prosequeretur idem optimus Do-
 minus. De ea re sic ipse.

Dominus Deus nullo non loco reperiri se si-
 nit. Ipsum ego suavitate plenissimum inveni
 in montibus incultissimis, ubi à simplicibus
 compluribus in veritate & sinceritate adoratur.
 Per horribiles illas glacies discurrunt capreæ &
 rupicapreæ, ad enarrandam ejus gloriam: ac si
 animantes ipsæ muto quodam stylo ejus ma-
 gnalia prædicant, homines voce in sermonem
 conformarâ longè præstantiùs illa eadem perse-
 quuntur. Equidem, cum montani illius idio-
 matis rudis, pauca tantùm quædam verbula in-
 telligerem rusticanorum hominum, pulcra ta-
 men proferre mihi videbantur. Istitis in itineri-
 bus consolationem nactus sum omni ex parte
 perfectam; etenim illis Dominus Deus fortu-
 natum

» natum finem imposuit. Eo nomine adorent
 » lum omnes gentes, & sanctum Nomen ejus ce-
 » lebrent omnes populi!

Porrò reliquas Diœceseos partes visitans, dum
 Anecium versus regreditur, tam multa mira perfo-
 cit, ut facile fuerit intelligere, à Domino Deo o-
 pem ipsi suppeditari, prout se rerum variarum op-
 portunitates dabant. Non parùm admirationis
 spectantibus attulit, quòd cùm aliquando adducti
 ad eum fuissent novem decemve aut energumeni,
 aut pro energumenis putari; diù in iis considera-
 dis moratus, ex iis adolescentem unum seduxit
 turba, & seorsim interrogans, *Tunc*, inquit, *energu-
 menus es?* Cùm affirmasset adolescens, *Minime* re-
 appoluit Episcopus: *id fingis scilicet.* Cùm perite-
 ret alter, urget contra vehementiùs Episcopus, &
Verum, ait, *fatere: dic quod res est, te minimè esse energu-
 num novi.* Et ad eam constantiam fractus demum
 impostor, confessus est se id simulatè facere, ener-
 gumenùmque consultò imitari, quòd ne rus ablega-
 retur, ad laborem graviolem. Atque hìc objurgati
 suaviter confessionem Episcopus excepit, in iustitia
 & que salutari pœnitentiâ, saniora pollicitum di-
 misit. aliis cùm benedixisset, nullus non molesto
 vexatore caruit; quod idem evênit compluries in
 itineribus ejusdè generis. Nam cùm ad eum hinc
 illinc deduceretur qui vexabantur à spiritibus im-
 mundis, tamen & tantis intemperis agitabantur
 interdum, ut teneri vix possent, & fœdâ membra-
 rum distortionem indicabant satis, unde tam male
 haberentur, tamen ubi primùm in Francisci con-
 spectum venerant, colligebant se se, & miram do-
 cilitatem præ se ferebant.

Certè Dynastes quidam cùm Episcopum rogasset, adire ad se ne dedignaretur, in visenda filia, quæ jamdiu torquebatur à tetra dæmone, & tamen ruptura proximè erat; ubi ad illius ædes advenit, infortunatam virginem continuò seducit è turbâ, in angulum cubiculi, cum eaque pauca collocutus, guttur ejus tetigit: tum benedictionem impertitus, parentes bono animo esse jussit: neque enim malum processurum longiùs: rem modò arcanam haberent. Alias item, cùm maleficus quidam conjugem honesti viri cujusdam attrectasset, illa furere continuò, cibumque & portionem rejicere, somni autem nec particulam ullam capere. Illam vit ad Episcopum, ut illuc fortè transibat, adduxit, cum hac præfatione: Adduco ad te, Domine, uxorem meam, quam hebdomades jam tres exerceat ærumna quam vides. Audio te versatum apprimè esse in hoc morborum genere agnoscendo, atque adeò adversus illos remedia tradere solere. Eâ simplicitate delectatus benignus Episcopus, feminam in Templum deduci jubet: eò ipse subsequutus, infelicis confessionem excipit, mox Sacramentum Confirmationis adjungit: & ecce tibi mulier derepentè in Altaris suppedaneum prolabitur ceu exanimis; quæ defectio ubi ad intervallum salutationis circiter Angelicæ tenuisset, mulier se se erigens, *Affluo, inquit, consolatione: convaleui, qua Domino Deo sit gratia.* At modestus humilisque benefactor tanquam velum rei periculostri obtendens, *Vade in pace, ait: Deum time: ad illum preces orationesque adhibe: quiesce: brevi revalesces.*

Dies me deficiat, si exempla hujus generis congerere

270 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
gerere cuncta vellem: quare omissis plurimis, lo-
lud hîc addo, non modò efficacitatem Francisci
in nequam spiritus ingentem fuisse; sed etiam
morbos corporum & animorum: ac si non
braillius, ut quondam S. Petri, sanavit ægro-
conspetus certè, contractus, præsentia, rohem
Episcopale, quod vocant, fugabat morbos, & p-
stinam sanitatem venerantibus restituebat. Inter
cetetos qui id experti, Sacerdos fuit, quem febr-
dierum aliquot vehemens ad egit deinde ad in-
niam tantam, ut conjiciendus in vincula fuerit,
tanquam in custodia, in cubiculo asservandus. Ir-
rumpit tamen post tres hebdomadas, elusisque co-
stodibus, excessit nemora, hac illac cursitans, pe-
montium juga. Captus tamen, reductus eod-
unde excellerat: sed catenas, crassas licet, quæ
ætæ sunt, ter dirupit. Ubi id Episcopo nunciatus,
jussit eum abdi in Episcopalem carcerem: sed
loco clamores miser ciebat immensos. Eam
tem tam deplorandam miserans servus Dei,
ad eum certo die, secundum Sacrificium: & acco-
dens ad fenestram carceris, *Ades*, inquit, *Sacer-*
tem compellans nomine, *ades propius*: Agnovit
co infelix, Pastoris vocem: & qui ad eam diem
oni simillimus fuerat, resumpta ovis mansuetudo-
ne, accessit ad Antistitem quietus. *Siccine*, inquit,
Sacerdotem decet furere; proque insano se gerere? Ag-
gratias Domino Deo: convaluisti. Et ad tuos obviam
Aperite, inquit, *illi januam carceris*. Cunctantibus
monentibusque latius fore expectare patien-
lùm; *Nihil attinet ultra procrastinari*; inquit Episco-
pus: *sapient in posterum: mihi credite*. Et ita res pro-

habuit: egressus à carcere Sacerdos, pròcidit ad Episcopi pedes, finem nullum faciens habendarum gratiarum: tum, cùm amicis & familiaribus de suo illo casu sermocinans asseveravit, quo momento sibi capillum vellicasset Episcopus, eodem visum sibi detrahi tanquam pileolum, qui totum caput obtegeret: tum quidem Medicus misericors hominem arcè complexus, sequi jussum prandere secum voluit. Idem contigit domestico cujusdam viri primarii eadem rabie laboranti: sed prolixitatis vitandæ ergò, rem minutim describere prætermittimus.

Paucis post diebus, adductus ad eum est adolescens, ab ortu paralyticus, distortus imprimis ex contractione membrorum. Cùm significatum id esset Viro Dei, ad faciendum Sacrum se se comparanti, jussit adduci eum, & ad latus Altaris in suppedaneo reclinari: tum, ejus confessione excepta, Sacrum fecit, & re divinâ peractâ, *Age, inquit, compara te in crastinum diem, ad sacram synaxim obeundam.* Præterea, cùm præcepisset tribus consequentibus diebus eadem horâ in Ædem sacram deduci, tertio demum die, prehensum humeris, sic conlanavit, ut membra cuncta in situm aptum momento coaluerint, quasi nullo unquam corporis vitio laborasset. Adiit item ad ægrotum, conclamatum à Medicis, nec immeritò: jam enim illum sensuum usus omnis destituerat, & propè agebat animâ. Cùm illi benedixisset, ad adstantem uxorem conversus, *Noli flere, inquit; concipienda preces ad Deum, & vivet vir tuus.* Rem miram! sensuum & rationis usum continuò recuperavit æger: paucis post

272 VITÆ B. FRANCISCI SAESII
pōst diebus virium firmitatem pristinam recepit.
Alter graviter decumbens, cū rochetum ab
stantis Episcopi, & consolationem adhibentis
oscularus esset, tantoperè statim levatus est,
paulò pōst convaluerit. Cū item in matronam
incidisset, quæ filiolam quadrinam gestabat jam
diu febre laborantem; quæsissetque ex matre
quonam morbi genere teneretur infantula? au-
to tres menses jam esse; ex quo febrī quotidie
conflictaretur; unà cum signo Crucis, quod bene-
dicens impressit, *Sane te*, inquit, *Dominis*. Vix
paucis Episcopus protulerat, cū exclamans
fantula, matremque compellans, *Tetigit me*, ait
Episcopus, & sanavit. Et ita res prorsus habuit, Do-
mino Deo tam mira perficiente; in gratiam
lis & fidentis famuli. Eo porrò modo, Evangelium
SS. Apostoli stabilierunt, Domino doctrinam
rum, & suam confirmante sequentibus signis.
mirum jam illis Christus ipse prædixerat fore,
qui in se crederet, opera facturus esset, quæ
faceret: quam vocem, inquit S. Chryso-
nullus eorum qui à paganis dīi habiti sunt,
pare ausus est apud suos; licet homines præstigi-
suis dementaverint.

C A P U T XIV.

*Philoteam edit: librum de Amore Dei, & In-
gen ad concionandum, atque ad pie vive-
dum, animo delineat.*

Postquam de miris servi Dei operibus disputa-
tum à nobis est, transeundum ad libros quos
ed

abdedit, & ad ea quæ sermone perfecit. Et traditum
 quidem est à S. Joanne Chrylostomo, (a) S. Pau-
 lum antequam miracula ederet, eloquentiâ usum
 esse ad convertendas animas; neque sinere vult;
 ut quisquam Apostolum eundem eloquentiæ lau-
 de priver: hac enim viâ insinuasse se beatum illum
 idiotam in Judæorum animos; quò eos dispone-
 ret ad amplectenda dogmata sanctæ fidei. S. au-
 tem Augustinus de se ipse profitetur, (b) valuisse
 plurimum ad conversionem suam, eloquentiam
 S. Ambrosii. *Veniebant enim, inquit, in animum meum
 simul cum verbis quæ diligebam, res etiam quas negligebam.*
 Ut id ad Antistitem nostrum transferamus, ha-
 bent ejus libri, habebat sermo suavitate mira-
 bilem, cum singulari soliditate conjunctam. Er-
 go venerabilis Præsul defunctus tam laboriosâ vi-
 sitatione Diœceseos, postquam eo quem vidimus
 modo, & corporibus opitulatus erat, & menti-
 bus; novo labori se tradidit, aptissimo illi quidem
 ad veritatem insinuandam mentibus juxta, & ad
 inflammandas voluntates. Anecii, intra cubiculi
 septa se abdedit; ibi tanquam apicis industria in al-
 veari, mel fecit tot operum, librorumque; ut fide-
 lium de iis concepta opinio, nullo unquam tem-
 pore inter moritura, hanc Auctori laudem pepere-
 rit, *dulcia super mel illius eloquia esse.* (c) Et à Principi-
 bus summis hæc primùm cœpta commendatio;
 Henricus quidem IV, post perceptam divinam
 ipsius Philothæâ significavit magnificè, in votis id
 sibi longè antè fuisse; ut Gebennensis Episcopus

S ani

(a) Lib. 4. de Sacerdo. cap. 6. (b) Lib. 5. Confess. c. 14.

[c] Psal. 118.

274 VITÆ B. FRANCISCI SALESTI
animum curasque adjiceret ad fideles in pietate
institueudos, ut unusquisque ad Dominum Deum
cognoscendum amandumque se transferret. Sunt
enim ferè duæ hominum classes, aiebat Rex per-
spicacissimus: alii sibi persuadent, impiè illi opo-
dem, indignum Deo esse, invigilare in res huma-
nas; quâ noxiâ persuasione delusi, in omnè vitio-
rum genus præcipientes ruunt, nullo divini Judicii
metu: alii meticulosiores, & scrupulis anxii ce-
dunt illi quidem, & fatentur, nihil esse quod De-
cognitionem effugiat; sed in eo falluntur, quod
sibi assiduè imminere supremum eundem certum
administratorem putant, ceu vindicè, à quo mor-
sint ablegandi in Tartara. Utrique malo liberè
facere aptissimè medicinam mihi videtur: nam in
tradit cognitionem Dei, ejusdemque colendim
thodum; ut hinc quidem ne fariam impietatem
Religioni planè adversantem amoliat, istinc
perstitutionem, & nimios illos metuculosorum
mentium angores facessere jubeat. Accessit
cobi Regis majoris Britanniaë testificatio, homo-
nis heterodoxi quidem, sed eruditissimè: cum enim
eum Maria Medicæa, Regina Gallia, ejusdemque
Henrici IV uxor, librum illum dono misisset, cum
identidem educens è perâ Jacobus (in perâ enim
gestare consueverat) & lectitans, *Quàm velim, aie-
bat, libri hujus Auctorem vidisse! planè vir eximius est: E-*
piscoporum nostrorum nullus simile quidquam unquam
edidit; nec verò audeant ullum tale suscipere argumentum,
quod eum in modum cælum Angelicumque spiritum sus-
piat.

Quàm illustris verò de libro eodem missa ad
Aucto-

Auctorem per Epistolam ab Illustrissimo Archiepis-
 copo Viennensi; *Petro de Villars*, gratulatio? Ra-
 pit me, aiebat. liber tuus, & tam vehementer in-
 cendit, ut neque lingua, neque calamus exprime-
 re satis queat studii erga me tui, eo nomine ma-
 gnitudinem. Est is enim talis, ut per eum divina
 gloria non mediocriter amplificetur, speremque
 fore, ut insignes ex ejus lectione animarum utilita-
 tes exituræ sint, dum eo modo quo consentane-
 um est, leçitur: Non me laet, mirum in mo-
 dum profuisse Ecclesiæ libros à Cardinale Bellar-
 mino, & aliis scriptos cōtra hujus ætatis hæreses: at
 idem contendo, non minùs utiles fuisse lucubra-
 tiones eorum, qui de moribus deque pietate scri-
 pserunt: tu verò cū partem utramque comple-
 ctaris, nimirum tanquam divinæ sapientiæ instru-
 mentum esse videris, quo Dominus Deus utatur;
 hinc ad confutandos errores hæreticorum, illinc
 ad voluntates hominum depravatas, reflectendas
 in gyrum rationis, & suæ sanctissimæ voluntatis.
 Ego quidem de Philotheâ tuâ magnificè prædi-
 cavi multis locis: quanquam non id existimatio-
 nem tantam illi conciliavit in vulgus: suis se alis
 liber ipse sustentat; suo saccharo suavis est: suis ipsi-
 us ornamentis nitet: verùm, quid aliud expectan-
 dum fuerat à Gebennensi Episcopo tali, nisi ut
 Opus aliquod ederet, quod finem imponeret in-
 famiæ miserimæ civitatis, quæ tanquam peste, sic
 hæres Europam totam infecit? At Pater Joannes
 Franciscus Patrum Fuliensium Generalis prædicat,
 eo libro restitutam Christiano nomini perfecti-
 onem toto Orbe fuisse: conversum enim fuisse in

omnes propè linguas, & in omnes Provincias penetrasse. Admitatæ illum sunt, inquit, Italia, Hispania, Germania, Anglia: Roma ipsa Latinum secundè spectavit: liber librorum omnium est abolutissimus, qui in spiritualium hominum manus unquam venerint. Si quis ad eum legendum non Christianus accesserit, eo lecto Christianus fiet qui accedet Christianus, eo lecto ingentes progressus faciet ad Christianam perfectionem; quam eam ipsam illius ope adipiscetur. Nullam unquam capiet illius legendi satietas: contra, omnes avidè illum regustabunt.

Auctor autem circa id ipsum tempus schedæ congeffit divini libri, quem deinde vulgavit, de Amore Dei; cujus quidem ideam ipsi jampridem inditam fuisse probabile est, quandoquidem cor ejus jamdiu divini amoris flammis à sancto Spiritu succensum talem eum reddiderat, non modò qui amaret, sed etiam qui amoris ejusdem origo esset. De eo sic ipse, ad eundem Illustrissimum Venerabilem, à quo mirè urgebatur ad Opus exitium „persequendum. Librum quendam de Amore „Dei meditor, non speculativè ad nudam theoriam, sed practicè ad usum, atque ad tradendam „observationem mandatorum primæ Tabulæ „hunc sequetur alter, in quo ostendam quemadmodum „modum exercere oporteat præcepta secundæ „Tabulæ: uterque uno volumine comprehendetur. Spero item editurum me Calendarium ali- „quod, & Ephemeridas, in quibus Philothæa „proponam sanctas quasdam occupationes, in „quamque totius anni hebdomadam. Habeo in-
super

super congestam materiem aliquam, usui futu-
 ram tyronibus Evangelicæ prædicationis: huic
 adjungam Methodum convertendi hæreticos:
 quo in libro illud propositum habeo, ut plausi-
 biliora quæque adversariorum argumenta dis-
 solvam, eo disputandi genere, quod non tan-
 tum doceat, sed etiam afficiat; unde & Catho-
 lici consolationem haurire possint, & hæretici
 animum facilius inducant, redire ad Ecclesiam.
 Eam in rem afferrem Meditationes complures,
 quas toto quinquennio apud Antuates propo-
 sui, tum cum nullos alios libros habebam qui-
 bus uterer ad conciones, nisi sacra Biblia, &
 Cardinalis Bellarmini lucubrationes.

Ad eum, his acceptis literis rescripsit Archiepi-
 scopus in hunc modum: Quod cogitas librum de
 amore Dei edere, *ascensiones cogitas disponere in*
cordibus eorum, quibus id boni contingeret ut li-
brum illum legant, quæque in eo comprehen-
des, meditentur postmodum, & factis repræsen-
tent. Sic enim pertingent ad supremum fastigi-
um caritatis, quæ plenitudo legis est, & in quâ posita
sunt cuncta bona mortalium; qui enim ipsâ ca-
reat, ut aliis omnibus præcellenti quodam in gra-
du præditus sit, profiteri tamen de se ipse debet,
nihil se esse. Ex argumentis autem illis duobus po-
stremis lucubrationum tuarum, existet Concio-
natorum Seminarium, qui deinde licentiam tum
doctrinæ, tum morum sic coërcebunt, ut prædica-
turi sint omnes, nullam talem methodum adhuc
excogitatam fuisse. Perfice igitur, Præsul Illustris-
sime, perfice sanè, ut zelus tuus, qui re ipsa cum sci-

178 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
entia Sanctorum aptè contentit, id peragat, de quo
agere mecum dignatus es. Sed iudicium illud gra-
yissimi Antistitis quàm verum fuit legitimùmque
tam parùm è gustu fuit Francisci humilis; hinc ce-
men fit quotidie, ut illius librorum lectio tam
uberes fructus edat; quo pacto quoque tunc he-
bat, ut eius oratio animos tantoperè commove-
ret. Præclare S. Augustinus in hanc sententiam: (d)
*Quamvis sit magnus tactor organi Spiritus sanctus, ut
men per angustas spiritus humani syllabas sonat.*

(d) in Psal. 92.

CAPUT XV³

*Calumnia in Franciscum apud Summum Pon-
tificem: in Abbatibus quibusdam collapsam disci-
plinam restituit: jubet eum Summus Pon-
tifex controversiam componere inter
Archiducem Austriae, & Archidu-
cissam Flandriae, ortam de
Salinis.*

Hoc puerilis est jactantia, ajebat S. Hieronymus
(a) accusando illustres viros suo nomini famam que-
rere: & consentaneè S. Augustinus, Nemo peritorum
inquit, aut prudentium putet, quòd minus sit periculi
verbis, linguà mentiendo, quam manibus sanguinem effun-
dendo. Tertullianus denique (b) negat ferre se posse
se præposteram temeritatem illius, qui loquacita-
tem facundiam existimet, impudentiam constantiam de-
putet, & maledicere singulis officium bonæ conscientie.
Quorsum ista? ut intelligamus, etiam si Venera-
bilis

[a] Epist. 13. [b] Adversus hereticos.

bilis servus Dei illustris fuerit tot nominibus visum fuisse Domino Deo, qui *omni abundant* dat, illum ditare præterea patientiæ constantiæque thesauris. Auditione accepit offensum sibi Summum Pontificem esse, quòd ad eum falsò delatum erat, Gebennensis Episcopi incuriâ, libros hæreticorum complures eâ in Diœcesi volitare, insigni Catholicæ fidei detrimento: hinc enim factum fuisse a jebant calumniæ confarcinatores, ut permulti non modò in fide nutassent, sed etiam in hæresin lapsi esset prorsus. Angorem quidem candidæ menti attulit tam inopinata denunciatio: sed fasciculo illo myrrhæ constanter ad pectus admotus, immotus de cetero, veritatis conscientiam se se solatus est, literis ad Prælatum quendam eorum qui Romæ commorabantur, de eo argumento scriptis hunc in modum.

Absolutâ totius Diœceseos meæ visitatione, Præsul Illustrissime, tam exactâ, ut angulum nullum illius prætermiserim, iis quidem in partibus, quas non vel Gebennenses occuparent, vel Bernenses: librum hæreticum nullum reperi, nisi pauculos, non lectos ad eò, ut inter quisquilias familiarum aliquot in pulvere remanserint. Et orthodoxi quidem nostri, ad id librorum genus quod attinet, tam mericulosi sunt, ut si quos repererint, de quibus jure incidere possit dubitatio, illos flammis tradant continuo, aut ferant ad eos, quibus ea demandata à me provincia est. Precor ergo à V. Dominatione, adesse mihi ne gravetur in impetranda re unâ, quam inter tot spinas arduæ sanè & difficilis administrationis maximè expeto,

ne Sua Sanctitas, secus de me deque meis occupacionibus sentiat, quàm ferat ratio veritatis: ut eadem me benevolentia complectatur, quia alii sibi subditos prosequi solet. At non magno opere laborandum hinc fuit: respondit Francisco Prælatum idem, obtrusum quidem fuisse Summo Pontifici, id quod hunc mærorem immerenti creasset: sed Beatissimum Patrem fidem nullam delationis accommodasse: ipsum de Gebennensi Episcopo sentire magnificè; quippe cui de ipsius virtute & talentis eximius compertum esset, & quem non lateret quæ quantaque quotidie Dominus per eum operaretur; & persuasissimum esse Sæculari auctoritati, inesse in eodem singulare quoddam donum conciliandorum animorum. Quem quidem secretum animi sui esse, ut non ro minus, quàm oratione declararet Pontifex, (c) per eundem Prælatum Francisco mandat, cum instrumento legitime auctoritatis quod misit, dissidium componeret, quod Archiducem inter Austriacum, & Archiducem Flandriæ extiterat de Salinis: itémque in Cœnobio Monialium *Putei Dorhai* collapsam disciplinam restitueret. Nec Pontificem fefellit opinio de tanti Viri prudentia concepta: utrumque à Francisco feliciter perfectum est. Et ad Cœnobium quidem illud dum proficiscitur, exitinere, finem imposuit liti, momenti sanè gravis, quæ inter duos Dynastas intercesserat, tenueratque annos jam complures: ita Jurisconsultorum eruditionem industriamque omnem Episcopi unius, at à Deo illustrati, superavit Sapiëntia.

Ubi pervenit ad Monasterium, manū operis ab

(c) *Pæulus V. anno 1608.*

movit familiaribus pridem artibus hortationum incensarum, colloquiorum piorum, documentorum utilium imprimis; ex quibus effloruerunt Constitutiones sanè consideratæ: hæc inter ceteras.

Servatum iri deinceps exactè, quæ ad clausuram pertinerent.

Priorissam electum iri Canonicè, cujus electionem Abbatissa confirmaret: illam autem iis dotibus præditam esse debere, ut Abbatissæ viçes, quando abesset, sustinere posset pro dignitate.

Annuas pensationes traditum iri Abbatissæ, quò de ipsis pro arbitratu statueret. illam autem diligentissimè provisoram, ne quærtes ex necessariis, Moniali ulli deesset.

Nihil hîc nos prolixitati vitandæ addimus de adjunctis, annexis tribus hisce capitibus: unum illud insinuamus, Non placuisse Viro Dei, acerbitates corporis, afflictionésque graves induci in ea Monasteria, quæ se ad priorem disciplinam recipiant: haberi autem voluit vel maximè rationem vitæ interioris; cùmque opponeretur à quibusdam, plus inesse meriti in istis rebus acerbis exercendis, *Non placet, inquit. ea vox: si Deo servire sine merito possemus, deberemus utique tantæ Majestati eo modo servire: ceterùm amor factis nostris pretium statuit.*

Abbatissæ autem petenti quâ potissimum viâ utendum sibi esset ad Moniales aptè regendas? Ut quid mihi de re propòsitâ videatur aperiã, inquit, sic habeto, Illustrissima Domina: humilitas, simplicitas cordis, mentis judiciumque demissio fundaméta sũt vitæ Religiosæ, solida imprimis. Ma-

„ lim Cœnobia omnia scaterere vitiis aliis omnibus, quàm superbiâ & inani gloriâ: etenim potest quisq; cum vitiis aliis dolere de admissis peccatis, & petere veniam à Deo offenso; superbi autem seminario in se ipsis vitiis omnibus circumferunt, ac vix unquam cogitant de penitentia; quippe qui stare se semper putent, & salutaria quamlibet aliorum monita consiliaque aspernentur. Quid facias homine vano, & per se clara sui opinione pleno? & sibi nequam est & non haud bonus. Necessarium item est ad salutariam gubernationem, Præpositos, Præpositosque miles esse pastoribus: ut enim illi de pascendis gregibus solliciti sunt, sic Præpositi curare debent, nihilque prætermittere eorum, quæ ædificare proximum queant: ut enim rivus rivus tam tenuis est, qui non tandem demersus rat ad mare, sic nullum rectè factum est, quod deducat ad Deum.

„ Administratio autem illa tua fac ut suavissimis, comis, simplex; & quæ tuarum ærumnis agnitionibusque condoleat. Mihi crede, operam demum gubernandi ratio ea est, quæ ad beatitudinem vinam maximè accedit: divina autem tranquillitas est, & quieta: dumque maximè actus est, nihil tamen commoveatur, & ad res omnino se se accommodat. Diligenter item invigilare id debes, ut occasionem amputes tuis, murmurandi, etiam in rebus levissimis: nam ut temporales ac procellæ ex vaporibus existunt campis, nubes, ut oculorum aciem fugiant, sic in religiosis domibus, tumultus è causis plerumque

levissimis oriuntur. Nihil est etiam, quod tam officiat Ordinibus Religiosis, quam dum cura negligitur explorandi quo spiritu ducantur ii, qui se ad id vitæ genus offerunt. Et jaçtatur quidem sæpe, illos illasve claris esse natalibus, aut valere ingenio : prætermittitur autem quod majoris momenti est, num spes satis certa sit forte, ut ad Religiosæ disciplinæ exactam observationem naturam suam accommodent. Proponendum ipsis, antequam admittantur, mortificationis, nec fictæ, studium, & quantum submittere se se in Monasterio oporteat : nec magnificentissimè loquendum de consolatione spirituali: contra, ut lapis, etiamsi sursum jacias, suo tamen pondere deorsum per se ipse recidit; sic quanto plus agitabuntur ii, qui ad servitutem Dei accedunt, tanto vehementius ad id se incitabunt, quod à se Dominum Deum exquirere intelligent. Et aliunde, qui ad Religiosam vitam se applicant tanquã ex contumaciã, animo elatiore in fortunã humili; longè plus perturbationis Cœnobiis afferunt, quam aptè rationes animorum suorum ipsi moderentur.

Ceterum, hinc discedens Vir Dei, ad Monasterium venit S. Catharinæ, Ordinis Cisterciensis, cui operam quoque suam singulari quodam ardore impendit: quippe qui uno eodemque oculo intueretur, uno eodemque studio complecteretur animas quaslibet, quod cunctæ Jesu Christi cruce redemptæ sint: unde dicebat identidem, *Animam meam & vitam Domino Deo sacrificavi: quid tanti est, si mihi ipse incommodem, dum aliquã in re profum animabus,*

bus, quæ ipsam cara sunt? Cùm tamen eo in Monasterio Sorores videret maximam partem, primam disciplinam detrectare, neque eam ut inchoaret in Cœnobium suum sinerent, posse adduci; paucas, quibus mens sanior, certumque & destitutum consilium Domino Deo sanctius famulandi, Scesselium transtulit in oppidum suæ Diocesis, Bernardinarum nomine: iis, ex Sedis Pontificiæ auctoritate, Constitutiones tradidit, quas hodieque ingenti suo fructu religiosè observant in quatuor quinquè Monasteriis, quæ piâ ipsarum industria ex illo primo exiterunt.

Ne verò deesset voluntati Summi Pontificis (d) de componendo dissidio Archiducem Austriae, & Flandriæ Archiducissam, Beatrix Nonnarum tetendit, quo loco definiendum negotium erat: ad dictam diem horamque, cuius utrinque convenissent ii, quorum res agebatur, partibus auditis, instrumentisque perlectis, quæ quot ad rem pertinebant; insigni mentis æqualitate, causam penitus consideratam cognitamque sic decidit, ut pars utraque haud gravatè acquiescens, tam æqui Arbitri sententiam decretamque collaudarit.

Porro quacunquè iter habuit, disseminavit verbum Dei, locis opportunis: simul infinito numero consulentium satisfecit: vis enim hominum incredibilis confluebat, quocunquè accederet, tum salutaria consilia ab eo capiendâ, tum ad audiendum de superiore loco verba facientem, tum sacram Eucharistiam ipso præbente suscipiendam.

(d) Paulus V. fuit.

quod studium tam longè lateque viguit, ut Dolæ ad octingentos ex ejus manucibus vitæ sumpsiſſe perhibeantur. Et verò videtur is filio David fuiſſe, quod David ipſi olim fuit Jonathas: tam vivâ fide, ut in eum aptiſſimè convenire videatur illud Chriſti Domini: (e) *Vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus* &c., (f) *Opera quæ ego facio, faciet, & majora horum faciet*. Si verò onerati eſtis, ad illum adite, & reficiet vos: ſi laborati ſiti, illam ejus in fontibus extinguite, & bibite affatim de cifterna cordis ejus. Ut autem oleum tantæ pietatis ſuper baſſamum reliquatum ejus virtutum ferebatur, Biſuntii, cum ante ſacrum Sudarium proſtratus jaceret, quod in ejus gratiam publicè proſiſtitum eſt; tam dulci miſerationis ſenſu præcordia ejus commota ſunt, ut lacrimis ubertim fluentibus ſolum rigans, illud Evangelicæ mulieris aptiſſimè in rem præſentem tranſtulit, (g) *Si tetigero tantum ſimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero*. Sic videlicet fides mentem illam imbuere, docebatque credere, ſperare, diligere ſupra quàm videbant oculi. Nimirum videns ſacræ humanitatis Sudarium, & reliquias corporis quod olim in ſepulcro jacerat; credit, diligitque intimè divinitatem immortalè æternamque; & ſimbriæ veſtimenti exuviâſque mortui corporis reverenter attrictans, ab Jeſu quietem, vitam, ſalutem, gloriam ſe conſecuturum ſperat.

(e) *Joan. 13.* (f) *Joan. 10.* (g) *Matth. 9.*

CAPUT

CAPUT XVI.

*Abbatiam Taloriensem ad Regularem
disciplinam reducit.*

EST id receptissimum apud rerum natura-
tractatores, nihil tam valere ad fel genera-
dum quam esum mellis: traditque Martilius
cinnus, quò cibi suaviores sint, eò bilem acerbiorē
ex his creati. Idem in Religiosis Ordinibus,
nis vix quidquam melius, depravatis vix quidam
deterius. Ex quo Deo servire cœpi, inquit S. Augu-
nus, (a) quomodo difficile sum expertus meliores, quam
in Monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores,
quam qui in Monasteriis ceciderunt. Videlicet sunt pe-
vi illi tanquam sarmenta relecta; tanquam
fatuatium, quòd ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur
sterquilinum; tanquã membrum divulsum à corpore;
tanquam corvus egressus ex arca, qui nihil
fœtencia cadavera venatur.

Taloriense Monasterium, Lacûs Ancienſis
pæ impoſitum, à Rudolpho, ultimo Burgundici
Rege ædificatum olim, & opulentiſ auctum reli-
gionibus, Ordini S. Benedicti ab illo attributum erat,
quod Savignienſi Abbati ſubefſet. In eo cùm mul-
tis ſeculis floruiſſet Religioſa diſciplina; tandem
ſic collapſa reſerant, ut cum publicã vicinorum
populorum offenſione, Cœnobitæ ad omnem
centiam projecti eſſent. Id non ferens Vir Dei
inſtiterat diù apud Paulum V Summum Pontifi-
cem, proſpicere tanto malo dignaretur: donec

(a) *Epist. 137. in fine.*

Pontifex ei ipsi, qui tam sollicitè urgebat rem ad Domini Dei gloriam cessuram utique, demandavit tam expeditam procurationem, cum necessaria auctoritate ad perficienda ea quæ opportuna iudicasset. Sed quoniam ad expediendum suaviter negotium, necessarius quoque consensus erat Abbatis, egit Franciscus Salesius cum Francisco Albano Savignienſi Abbate, de procuratione sibi demandatâ à Summo Pontifice: ac ne videretur velle agere summo jure, non recusavit Vicarium se eam ad rem Abbatis profiteri. His instructus prædiis, tam insignis humilitatis præsertim, iis quæ ad morum disciplinam totâ suâ Diœcesi constituerat, non putavit se illustrius coronidem posse imponere, quàm priscâ disciplinâ postliminid restituendâ Monasteriis iis, quæ à primævo studio perfectionis descivissent. Et poterat quidem Toloriensis Abbatia tristem querelam ex Canticis usurpare, (b) *Filii matris mee pugnaverunt contra me*, profanato infelicium illorum profligatis moribus, Sanctuario. Eò cum pervenisset Franciscus, ad auctoritatem, suavitatem de more conjungens, prolato ritè Brevi Apostolico, & Savignienſis Abbatis consensu, cujus quidem se, ut diximus, Vicarium profitebatur, Religiosos cogit in Capitulum. Eo loco ad eos de Votorum Religiosorum observatione disputavit tam vehementer, ut si Religiosorum omnium carnea corda fuissent, mollita fuissent utique, vi doloris; sed saxei quidam inter eos reperti. Hos cum segregasset, electus est Canonicè Prior Claustralis, P. *Claudius Ludovicus Nicolaus*
Coë-

(b) Cap. I.

288 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
Coëxius, Vir qui etiam inter malos bonus fuerat,
nec quidquam tam auebat jamdiu, quam antiquæ
disciplinæ iustitiam: atque idcirco, vomit
milibus concupierat Franciscus, ut super eum
caderet: quare summas gratias egit divinæ pro-
videntiæ, quæ etiam hîc desiderium cordis sui
tribuisset. At perfidiosi illi, *in veterati deirum*
rum, sic turbaverunt, ut eorum furori cedere
ctus novus Prior, è Monasterio egressus, in pro-
pinquas ædes secesserit: ibi postridie mane ap-
lorum tribus appetitus, displotis sclopis, est
ictu irritio; quòd ignem nitratus pulvis non con-
prehenderat. Gratias cum egisset protectori Do-
mino, pergit continuò ad Episcopum: is de con-
jam factus certior, occupat, & advenientem con-
pellans, Numnam, inquit, Pater Prior, nota
traordinaria ista blandiendi ratio commota
Si quod Dominus Deus omen avertit, non
stratus eventus fuisset sicarii conatum, satis
mi fuisset ad ignoscendum in morte? Nota
deinceps negotium difficillimo loco: adierunt
jam ad me miseri, illud metuunt ne ad Senatum
Camberiensis factum tam atrox referatur
at non id quidem opus facto. Cavendum
men: neque enim martyrium accersendum
bis temerè, ex inimicorum furenti audaciâ;
nunc nos insectantur, si respiscunt, extremo
lo tempore inter amicos numerabuntur: tunc
item deprehendentur, non tam graviter no-
nocuisse, ac existimantur nunc. Ceterum,
unquam id ludi genus ludere animum in-
cant, monni illos serio, sapiant in posterum, ad

qui cum iis aliter actum iri: precor tamen ne
 quidquam præ te feras, quod ad similitudinem
 pertinere videatur: fortè Deus eos permove-
 bit.

Ceterùm, non hoc statu negotium tanti mo-
 menti relinquendum Franciscus ratus, ne quod re-
 ctè cœptum erat, exitiosâ procrastinatione pes-
 undaretur, dictante singulari illa prudentia, quam
 ad res omnes adhibebat, postquam cum Priore
 iam constituto tum de literis Apostolicis, tum de
 facultate Generalis ritè communicasset Magistra-
 tûs quoquè laici opem imploravit, si ea fortè ne-
 cessaria esset ad perficienda cuncta quæ mandave-
 rat Pontifex. Quare Senatori unî è suis deman-
 davit Senatus Camberiensis, adesset Episcopo, nec
 ab eo discederet, donec constituta cuncta essent:
 decreta Senatûs auctoritate firmaret. Eo præsidio
 fretus, protervis illis Monachis Episcopus condi-
 tionem tulit, ut aut Monasticæ disciplinæ sese sub-
 jicerent, aut Abbatîâ excederent intra trimestre
 spatium: posterius hocce, quæ fuit eorum pravitas,
 priori anteposuerunt eorum plerique. Illorum
 discessu pacata omnia: gaudentibus iis qui opti-
 mam partem elegerant Deo castè pièque ex anti-
 quæ disciplinæ præscripto famulandi. Hos ut vi-
 dit sic animis comparatos Vir Dei, unumquemq;
 arctè complexus, eâ paterni animi significatione,
 quæ illorum plerisque lacrimas elicuit, vehementi
 oratione hortatus cunctos est ad Religiosæ per-
 fectionis studium; Priorem autem nominatim,
 ad juvandos eorum sinceros conatus tum ad vir-
 tutes alias, tum præcipuè ad humilitatem, simpli-
 citatē.

290 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
ciatēque: neve sineret quēquam id sibi
gare, ut reprehenderet alios seu sermone seu
ullo exteriori: curatet omnes, omisā illā
riā gravitatē, Fratres suos ædificate potius,
,, factis, documentisque virtutum: Hic vero
,, severanti quadam tolerantia opus est, a
,, reminiscendūque Dominum JESUM se
,, ginta tantum discipulos reliquisse; ad
,, convictūque communem apte comparatū
,, inter illos ipsos autem etiam dissidii non
,, extitisse: afferendus igitur ad rem tantū
,, menti animus fortis, & tolerans, præstolā
,, dum studium illud perfectionis capessant
,, diri: qui fructus expectandus in patientia,
,, cum ineluctabili quadam mentis fortitudi
,, conjuncta. Hoc autē infige in animo tuo,
,, ne, incūbendum tibi esse in id, ut adiscerent
,, Jerusalem: juvabit ipse dexterā suā Omnipotē
,, Adverte imprimis, lac illis potum dandū
,, bium mel: nondum enim possunt mandē
,, tiora ii qui recēns ad servitutem Dei accē
,, atque age eidem Domino Deo gratias, quod
,, unum ex eorum numero esse velit, qui sal
,, facturi sunt in Israël. Ut autem ad singul
,, descendamus, censeo constituendum esse,
,, isti consueſcant singulis saltē hebdomad
,, cedere ad sacram mensam: discant conscie
,, sinus quotidie vesperī per serium diligē
,, examen ritē excutere: discant meditari, qu
,, tum cujusque feret dispositio: ante omni
,, morem Directori gerendum ultro, constant
,, assiduē instituantur.

Vestis conformis sit vesti Benedictinorum
reformatorum; seu pannum spectes, seu for-
mam; idemque in lecto seruetur, & mundè qui-

Religiosi, quantum fieri poterit, ne soli do-
no exeant, sed cum socio.

Ad divinum Officium peragendum, in Ec-
clesiam ingrediantur cuncti simul, simul confi-
sant, simul egrediantur, eadem vultus, oris, to-
tusque corporis conformatione: incredibile
enim dictu, quantum valeat ad ædificationem,
atque ad omne bonum, exterior illa composi-
tio, seu in Choro, seu quoties in publico versan-
dum.

Nihil necesse est quidquam addere ad absti-
nentiã sextæ feriæ & Sabbati, nisi feriã quar-
tã, ex more Ordinis mitigati, Parentis vestri S.
Benedicti.

Atque hæc ego auctor sum servetis initio: cæ-
sublimiora quidem destinata habemus animo: cæ-
sed, ut nōstis, *Primum in intentione, ultimum est in*
executione.

His, itaque artibus vigilantiaque tum Episcopi;
tum Prioris, restituta in Abbatiam disciplina Re-
ligiosa est tam exactè, ut odor bonus, longè lateq;
spargi cœperit, increfensque in dies, complures
traxerit ad idem institutum capeffendum. Ita bre-
vi suppleti in locum ejectitorum illorum alii, va-
citas sedes impleverunt, tam sanctè, quàm indi-
gnè occupatas à veteribus. Exultabat inte-
rim in Domino pius Antistes, nullumque finem
faciebat agendarum Deo gratiarum pro tam feli-

292 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
ci rei gestæ successu: semperque altiora ac
miora meditans, multa volvebat animo: cum
Domini imperium, seu robur addere vellet
suo ad difficilia quæque, seu illius zelum hono-
re; illustri prodigio ignea columba in Franciscus
biculo extitit, cum deambulante deambulante
ita loquat, donec post aliquot confecta spatia
in partes discedens, pyramides fecit duas: una
altera Episcopi lecto infedit, altera Oratorum
quod concipere preces solitus erat; utraque
cœlestis flammæ mirabilem in ejus pectore
tavit, ut post ipse Confessario suo fassus est,
vehementi quodam ardore amplificandi regni
Dei. Quâ in re contrarium quiddam Franciscus
evênit, ac filiis Aaronis quondam Nadab, & Abihu
quos, quòd ignem alienum coram Domino obtulissent,
quod eis præceptum non erat, devoravit ignis egressus
domino: nam hîc contrâ, ignis zelum sancti Episcopi
reveretur, & cohonestat, simillimè atquè olim
etiam illos adolescentes gente Hebræos, Religio-
cultores Dei eximios, animi inductione Martyris
refrigeravit in fornace quasi blandiens. Ac si
lumina ignis Israëlita castra quondam antea
sit, (d)iter per vastas illas solitudines præiens,
non aptè sanctum Episcopum antea colunt
item ignea, quando ipse animas ex funesta illa pe-
catorum eremo extrahit, & spirituales Israëlitas
hoc est, Dei filios, per vias salutis deducit: & ac-
dit, quòd ut olim in Lege veteri, flamma missa
cœlo, indicabat accepta esse Domino Deo facti-
cia, quæ ignis ille depascebatur, offerentiùmque

(c) Levit. 10. (d) Exod. 13.

ra ac f...
 no: cum
 velle
 m hono
 rificia
 rancie
 bulant
 spatia
 uas: ha
 Drator
 traque
 etore
 tus est
 di reg
 n Fran
 & Al
 no obt
 gressus
 eti Ep
 ue olim
 Relig
 e Mar
 s. Ac
 in ante
 oriens
 t colum
 sta illa
 s Isra
 acit: Ac
 na miss
 Deo fact
 entiamq
 vol

nota ab eodem supremo Moderatore rerum no-
 rarum fuisse exaudita; sic haud immeritò flam-
 ma illa cœlestis comitetur Episcopum, cujus zeli
 sacrificia admittat Dominus in odorem suavitatis,
 rousque annuat ardentissimæ illius caritatis, quæ
 us penetrabilia depascebatur, quæque ejus cor
 onvertebat in holocaustum perpetuum, victi-
 uamque fraternæ caritatis.

CAPUT XVII.

*Conueniens Franciscus Baronem Luxium, Ge-
 bennâ transit mirabiliter: de multis Pa-
 ræcis restitutus rationem Sum-
 mo Pontifici reddit.*

Nihil attinet ad fructus legendos, expectare
 dum stato tempore maturuerint; siquidem
 æconomica provisionis ratio aliud suadet. Et
 verò, ad eam curam rei familiaris invitant leges,
 dum monent oleas ante maturitatem colligi pos-
 se, quò oleum fundant uberiùs. Videlicet institu-
 tum hocce sequebatur Franciscus; nam quæcun-
 que vitæ momenta decerpere ad Domini Dei
 gloriam poterat, faciebat per studiosè, ut ea trans-
 ferret ad id quod sequebatur unum, de anni tem-
 pestatibus, de itinerum commoditate, de elemen-
 torum dispositione securus. Vix Anecium redie-
 rat, cum accepit expectari se Gexii à Barone Luxio,
 ad negotia quædam de Religione transigenda.
 Hic verò nihil consultans, vel cum vitæ periculo
 Rhodano se committere statuit, & rapido, ut sem-
 per aliàs, & tum extra ordinem tumentis: restagna-

verat enim longè latèque; atque adeò metum
 generabat confidentissimo cuique, navigiis ved
 ribùlque dirum naufragium intentans. Cum
 men videret domesticos suos horrere ad
 minis magnitudinem; Gebennâ autem tran
 quod unum alterum iter ad destinatum locum
 tebat, periculosissimum esset; *Confugiamus*,
 compellans suos, ad Dominum Deum, ab eoque
 mur injiciat nobis mentem eam, quæ sit in communi
 taris. Pergo ad Altare, Filium Patri oblaturus, & Spiritu
 sancti opem simul imploraturus. Et cum extemplo
 crificatû iisset, postquam consecrationis mysteri
 peregerat, aliquandiu defixos oculos tenuit
 ciâ Hostiâ: tunc tum Episcopo, tum familiaribus
 etâ fidentia est tanta, ut nullus Gebennâ tran
 detrectaret. Sed in quæstionem vocatum, quo
 mine apud portarum custodes appellandus
 stes esset, ipse vocari se voluit Episcopum Dioc
 seos, dictum factum, ut Gebennam ventum esse
 constituto sciscitâri custodi, significatû adesse Ep
 scopum Dioceseos. Ad templum, ut vocant, con
 nerant hæretici ad audiendum Ministrum de
 riori loco verba eâ horâ facturum: proinde oc
 portæ omnes urbis erant. Ita in privatis quib
 dam ædibus expectandum Francisco fuit horâ
 totam, & quod excurrit: tum, postquam por
 apertæ erant, progressus, perrexit porro, ag
 nemini: ita discipulus post Magistrum transi
 medium illorum ibat. (a) Nimirum imbecilla vis
 minum adversus eos qui in potestate Dei cæli comm
 rantur. Ubi Gexium pervenit, audito ipsum cu
 dome
 por. ex
 si quid
 Franc
 consi
 am id a
 perit,
 nes: d
 fituit
 mo du
 ctis m
 cum e
 (cii. l
 villin
 lebra
 spe cu
 Cate
 tarib
 isard
 mavi
 creat
 nihil
 re an
 quo
 per
 D
 ligie
 na d
 tu s
 nis
 pav
 ba

(a) Luc. 4.

domesticis Gebennâ transisse, incescit cunctos stu-
 por. ex periculi magnitudine: & Baro inter alios,
siquid, inquit, *tibi injuria intulissent. perieramus.* At
 Franciscus comiter, *Ego vero*, inquit, *Domino Deo*
confissus sum: ipse de manibus illorum liberavit me; quoni-
am id ad quod vocabar, ad ejus gloriam pertinebat. Ibi re-
 perit, ubi zelum suum occuparet: habuit concio-
 nes: disputationes cum Calvinisticis Ministris in-
 stituit: qua utraque re incredibilem quendam in-
 modum promovit rem fidei, Ministris adeo de je-
 ctis metu, ut nunquam deinceps in certamen
 cum eo venire ausi sint, de sua sibi infirmitate cõ-
 scii. Ipse tot victoriis animosior, pergit ultra, gra-
 vissimâsq; eluctatus difficultates, divini Officii ce-
 lebrationem octo in Ecclesiis restituit: cum firmâ
 spe cunctos iis locis reducendi ad orthodoxiam
 Carechericis institutionibus quas tradebat, salu-
 taribusque ordinationibus quas condebat. Atque
 is ardor Apostolicam illam mentem sic inflam-
 mavit, ut ab animo ad corpus derivatus febrem
 creavit viro; at is corpus in loco hostis habens,
 nihil remisit de illa assiduitate, à qua eum abduce-
 re amicorum nonnulli conari, saltem ad dies ali-
 quot interquiesceret hortantes, id responsi tulere
 per Epistolam.

Distinent me hîc diutius quàm putaram, Re-
 ligionis negotia, quæ increscunt in dies. Hæster-
 na die restitimus Divonæ (pagus est opulen-
 tus & frequens) sanctæ & orthodoxæ Religio-
 nis exercitationes publicas: spes est idem intra
 paucos dies locis quibusdam aliis faciendi; ver-
 ba facimus præterea ad populum, colloqui-

2, mūrque cum quibusdam deviis. In viso frequen
 2, oves illas errantes: cum iis ago familiariter: mi
 2, seret me miserorum, dum eorum cæcitatem
 2, animo & cogitatione contemplor. Omnia
 2, adeò me afficit fidei nostræ pulcritudo,
 2, ejus amore moriar: & tale tantumque munus
 2, Deo nobis collatum includere me peccatore de
 bere mihi videor. Quibus verbis exprimebat
 Vir Dei mentis suæ sensum circa ministerium
 suum: eundem autem sic declaravit Summo Pon
 tifici ad eum scribens.

2, Beatissimè Pater. Cùm aliquot ab-hinc annis
 2, adissem ad Regem Christianissimum, de Ca
 2, tholicâ Religione in Gexiensi ditione restitue
 2, enda, facultatem accepimus ejusdem Religio
 2, nis functiones obeundi tribus ejusdem ditionis
 2, nis locis, quod èt proximè facere cœpimus.
 2, Princeps idem professus est cupere se quidem
 2, id ipsum fieri ubique: verum, causatur, non quod
 2, quid cupiat se posse facere. Ego verò dico V
 2, Sanctitati, Cardinalem Medicæum, ex iis que
 2, hic vidit anno 1598, dum ex Francica legatione
 2, Romam rediens hac transit, posse testificari
 2, Domino Deo nihil non fieri posse. Vidit nimirum
 2, rum Tononi, miserante Domino, infinitam ho
 2, minum multitudinem in ovile Christi se se reci
 2, pientium: ii post molestam hyemem exagitationum
 2, ærumnarumque, ver novum hic efficien
 2, ebant, speciosa vivificæ Crucis arbore ubique
 2, incurrente in oculos: ut asseverare possim V
 2, Sanctitati, nusquam nostra ætate tam multos ad
 sanam

sanam fidem rediisse, vel suavitate, vel efficaci-
 tate tanta. Videlicet anni tantum undecim sunt,
 cum ad Gebennam hæretica doctrina doceba-
 tur, & è suggestu proponebatur in Paræciis
 quinque & sexaginta, ubi vix orthodoxi cen-
 tum numerabantur: quo tempore triennium
 totum posui in disseminando iis in tractibus
 Evangelio: nunc suos palmites sancta Ecclesia
 cunctis locis iisdem extendit, atque floret eò us-
 que, ut excluso propè Calvinismo, vix hæretici
 centum ibidem reperiri queant: Missæ quoque
 illorum loco celebrantur: &, quod caput est,
 perseverarunt insigni constantiâ Neophyti illi,
 inter tumultus formidinésque bellicas: proinde
 hoc magis votis precibusque operariorum quos
 Dominus Deus eam ad rem adhibuit, fructus
 illi tribuendi, quò inter illas tempestates pro-
 cellasque magis intempestivi sunt. Superest ut
 Sedes Apostolica suâ curâ gratiâque cœptum
 opus prosequatur & foveat, quippe magni mo-
 menti ad Dei gloriam; atque adeò dignum im-
 primis V. Sanctitatis studio. Id ego ab eâ peto
 suppliciter; id ab ejus clementia expecto, à Do-
 mino nostro Jesu Christo comprecans, ut se-
 eidem V. Sanctitati propitium semper præ-
 beatur.

☉(o)☉

T 5

CA

Per calumniam accusatur apud Ducem Sabaudia: mater ejus obit.

HAUD abs re calumnia sanguinis avidissima cum tetra dæmone comparatur: quam Job (a) idcirco gladium ori vocat; quòd nullius cuiquam existimationi parcat, vel innocentissimi neque ulla justorum strage exsariari queat. Exertus est gladius is in immerentem Episcopum, ab invidis quibusdam, qui tanquam atræ furia, non ferentes victorias, quas referebat quotidie de his quos tantæ virtuti Tartarus opponebat, virtutem eandem in novam dimicationem vocaverunt. Videlicet insinuaverunt Celsissimo Duci Sabaudia, Salesium, cum paulò antè, Gebenâ transfisset Gexium, ad Luxium Baronem perrexisset, missum à Rege Gallia, ut cum Barone eodem ageret de iis, quæ ad Gebennensis Episcopi jura pertinerent; nisi res ita habuisset, nunquam commissurum eum fuisse, ut pedem in urbem inferret: & verò, ipsum horam totam ibidem exegisse cum civibus primariis, ea de re tractantem. Addidere complura alia æquè falsa, commentitiâque: quæ ne fortè in Ducis animo insiderent, ad eum famulus Dei scripsit in hanc omnino sententiam,

» Audito, Princeps Celsissime, insimulatum me
 » fuisse apud tuam Celsitudinem quasi affinis fue-
 » rim molitionibus quibusdam cum exteris, quæ
 » bono Ducatûs publico, atque adeò debitæ tibi
 » fidelitati adversentur; mirari satis non potui

(a) Cap. 5.

pios fuisse calumniatores, impingere mihi ali-
 quid aut commercii cum exteris, aut præposte-
 ri studii erga externos: nec satis quivi deprehen-
 dere quo tandem fundamento tam atrox impo-
 stura niti potuerit. Equidem, cum Gexium ire
 officii mei ratio me coegisset, neque Rhodano
 committere me auderem, quod tanta per eos
 dies rapiditas navigium nullum illo inveni pa-
 teretur, postquam longè latèque restagneverat;
 Gebennâ transeundum mihi fuit necessariò: ibi
 quandiu Minister verba ad populum faciebat,
 mansi clausus, incognitusque sic, ut cum nemine
 mortalium sim collocutus. Neque magis Gexii
 quidquam attingi negotii ullius, quod non per-
 sonæ quam in Ecclesia sustineo, proprium esset
 Sacramenta contuli, verba feci ad populum
 concertavi cum hæreticis, Ecclesias reconciliavi
 Proinde, ab Celitudine tuâ peto vehementer,
 planè sibi persuadeat, insculptas altiùs esse in
 animo meo beneficiorum à te in me profecto-
 rum recordationes, quàm ut unquam à fide, aut
 ab officio discedam, aut omnino in communi-
 onem venire possim rei cuiusquam, quæ tibi
 aut displicere queat, aut obesse; à politicis au-
 tem rebus me sic abhorrere, ut ea nunquam at-
 tingere velim, aut omnino cogitatione retra-
 ctare, nisi involuntariâ. Hæc Episcopus; ad quæ
 sic respondit Princeps, ut profiteretur nunquam
 se de illius fide dubitasse: proinde ne dubitaret,
 quin illum semper suâ benevolentia esset prose-
 cuturus. Ex his verò liquet, jure dixisse Salvianum,

(b) *Prima semper irarum tela maledicta esse, & quicquid*

(b) *Lib. 3. de provid.*

non

300 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
non possumus imbecilli, nos optare iratos; ac sic in omni
animorum indignantium motu, votis malis pro
armis uti vulgò homines,

Invidentiæ autem atque calumniæ successit do-
lor, Francisci constantiam oppugnaturus. Omni-
no nihil in terris solidum, nisi Sanctorum vir-
tus, quæ in Francisco tum aliàs semper, tum in ma-
tris obitu singularem quendam in modum enituit.
Hæc ad exitum è vita semet comparatura, con-
vénit filium; quò eo duce atque moderatore rei
tanti momenti daret operam in secessu. Quæ in re
duo percommoda contigerunt; alterum perpe-
tandum Francisco, quòd matrem juvit ad obte-
nendum incrementum gratiæ haud modicum: al-
terum matri ipsi, quòd tam opportune apud filium
generalem vitæ totius confessionem instituit, ut
postridie ejus diei, quo eam sub vesperum peregre-
rat, paralyti correpta & lethargo, semianimis ma-
nè reperta sit. Hic gaudium inter mœroremque
medius Franciscus, hæsit aliquandiu: ac primùm
omnium, divinam providentiam venerans, cuius
auribus vitæ nostræ dies, horæ, momenta decur-
runt, totum se ad sanctissimam illius voluntatem
flexit: tum ad juvandam genitricem conversus,
nihil prætermisit eorum, quæ tali tempore accu-
rari potuerunt. Ipsa tamen de cetero penè impotens
sui præ lethargi magnitudine, filium semper agno-
vit: cùmque ad eam propiùs aliquando accessisset,
ægra collectis viribus, primùm filii dexteram of-
culata est, post, arctè cõplexa, etiam in has voces
erupit; *Est hic enim verò filius idem, & pater meus.* Et pla-
nè utrique officio Franciscus satisfecit, filius, ut ita
dicitur.

dicamus, secundum naturam; pater, secundum gratiam. Biduum totum assiduus in momenta, ipsam in actibus fidei, spei, caritatis, contritionis exercuit, tanto pietatis sensu, tanto suavissimi erga matrem amoris, ut adstantes omnes intimè commoveret, donec Sacramento Unctionis extrema ritè administrato, postquam adhuc spiranti extremum benedixerat, demortuæ postmodum os oculolque occlusit: atque iis demum peractis, querelas ipse suas, tales videlicet, quales Sanctorum esse solent, in hanc sententiam apud familiarium quendam deposuit.

An nõ verò, dixit, adoranda semper summa tua providentia est, Domine Deus meus, quâ matrem meam è terris subduxisti, ut eam, quod de infinita tua bonitate spero, in cælo collocares? Confiteamur Domino, quoniam bonus; quoniam in saculum misericordia ejus: fateamur quicquid ille vult, esse justum; quicquid decernit æquum, Nec inficior, quia illius discessus è vita pergravis mihi fuerit: veruntamen sic molestus fuit, ut non propterea de mentis tranquillitate dimotus sim. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, (c) Domine: nec mihi videor posse repugnare ullo pacto, dum illud reputo mecum, hæc esse manûs paternæ verbera, quam, quæ eidem tuæ bonitati gratia fit, ab ineunte ætate in omnibus omnino casibus didici diligere.*

Atque iisdem scilicet documentis pronuntiatisque

(c) Psal. 38.

302 VITÆ B. FRANCISCI SALESI
tisque; gregem suum bonus pastor in spirituali
vita fovebat, dum quieto; in carò illo suo orill
licebat versari: ac tametsi homines universos
caritas illius complectebatur, seque partiebat
in omnes; tamen quoties ad suos verba facie-
bat è loco superiore, aut negotia tractabat ex-
tra suam Diœcesim; internoscere erat sollicitu-
dinem quandam; quæ licet animi tranquillita-
tem non adimeret; urgeret tamen ad reditum.
Hinc illa vox ipsi familiaris; Dum à meâ Diœ-
cesi absum; similis mihi videtur statuae, hæc
suo loco positæ, quæ proindè impedimento est.
Ita, nunquam magis contentus erat, quam cum
tanquam fax accensa; absumebat ipse se se in
rebus; quæ filiis in Domino suis conducibiles
erant: oculus erat cæco, pes claudò, bene-
ficus egenti, firmitudo debili, robur animi timi-
do: poteratque illud Apostoli usurpare: (d)
*Quis scandalizatur, & ego non uror? quis consola-
tionem accipit, ad quam non aliquid confertam?
quis patitur, & ego non intimis angor animi
sensibus? Ita, cum cor omnium commune esset,
corda vicissim omnia illius erant: tamque ad ma-
num cunctos habebat suos, ut Anecium; Sodalitas
potius quædam esset piorum, quam oppre-
dum civilibus tantum legibus informatum. Tot
penè Religiosos effingebat, quot numerabat au-
ditores: singuli autem eorum tanquam Angeli
erant, aut cœlestes quidam nuncii, qui totâ illâ
fortunatâ Diœcesi, pietatem virtutemque sparge-
rent. Sic nimirum radii solis complures in unam
eân-*

(d) 2. Cor. II.

eandemque lucem colliguntur; rami arborum
item plures ab uno eodemque trunco, unde prod-
eunt, vim mutuuntur suam: ab uno eodemque
fonte existunt derivationes per multas: atque ut si
radium separare à sole völueris, lumen nullum su-
perfit; si ramum à trunco, nullum fructum ab eo
ramo feres; si rivum à scaturigine, is exarescat; sic
in uno eodemque Antistite veræ doctrinæ lumen,
fructus pietatis, aque devotionis Diocesanos to-
tius, tanquam in sole, in trunco, in scaturigine in-
erant.



VITÆ

ESTI
spirituali
suo ovili
universos
triebatur
ba facie
tabat ex
solicite
in quillit
reditum
neâ Dico
e, haud
ento est
tiam cum
e se in
ducibiles
beneh
imi umi
te: (4)
consola
onferam
or animi
ne esse
e ad ma
n; Soda
am oppi
tm. Toi
rabat au
n Angeli
i totâ ill
e sparge
s in unam
can